 Noriberga sepulchrum S. Sebaldi. 58. in summa veneratione fuit usq. ad Lutheri tempora. 61. Mausoleum ex Orichalco conditum. ibid. Noriberga dia S. Sebaldi sensi patrocinium. 18
 Nouacella S. Augustini contubernium condidit Reinbertus Dynasta. 265

Oculos hospiti exutos S. Sebaldus restituit. 57
 B. Okarius cum fratre Alberto conditor Monasterij Tegernseensis. 63. natu patre Bawgundo, matre Boia. ibid. Dux Burgundie factus 64. in Monasterio Tegernseensi factus Conuersus. 66. Eodem tumulo cum fratre Alberto conditur. ibid. In secessu sepulchrum nescius tangens, à Damone liberatur. ibid.

Oleum, quo sepulchrum B. Edigne manabat, quare exaruit. 249

Oleo manant ossa S. Gundekari Episcopi Eystadiani. 208

Opilionem egit S. Carolomannus in Religione. 75

Oratione S. Seuerini cerei diuinitus accenduntur. 15

Oratione S. Seuerini locustæ abiguntur. 16

Oratione S. Macarius Abbas vinum in aquam vertit. 258

Oratione S. Lucanta Brixinensis Episcopi. quia intercute laborantem curauit. 6

Ortolphus & Willitrudis Kapathonæ Dynast liberi Summontorij Cænobij fundatores. 227.

Ortho nepos ex sorore SS. Alberti & Okarii Collegium sacerdotum ad Ilnum amnem instaurauit. 63

Ortho minor Riettenburgensis Dynasta. 252, religiosum

INDEX RERUM.

- religiosum in Monasterio Walderbach in-
duit. *ibid.* Eius insignis paupertatis virtus.
ibid.
- Quiculam egram in humeris domum por-
tat. 76
- P.
- Pedarestias accusatus falso S. Conradus Nan-
tonius. 308
- Pana quas suis manuſ feminain presenti vi-
ta, quam in futura subire; quas deprecante
S. Adalberto impetravit. 326
- Pallium S. Lucanus ſiccandum ſuspendit ra-
diſ ſolaribus abſque paxillo & clavo. 6
- Parentum culpa S. Burgundofora viſum a-
mittit. 32
- Parifensis Academia quo anno à Carolo M. in-
ſtituta, 15. Parifis S. Sebaldus ſtuduit. *ib.*
- Pafchalis Papa ab Henrico V. capitul. 248
- Patientia inſignis S. Carolomanni. 74
- Patientia mira in varijs morbis Virginis A-
delbaidis. 326
- B. Paulinus Tiburnie ſive Tiguriæ Norico-
rum Pontifex. 18. Exitium patrie predi-
cit. *ibid.* Epifcopus Tiguriensis creatur. *ib.*
- Paupertas B. Antonij Monachi Lerinensis 21
- Paupertas. B. Othbonis minoris Riettenbur-
genſis. 252
- Pecudum morbi inuocatione B. Edigne pro-
pulsantur. 240
- Perſecutio Henrici Imp. in Clerum Roma-
num. 250
- Pipini filius Caroli Martelli, frater B. Caro-
lomanni. 71. Weihenstephan Monasterium
Frisinge condidit. *ib.* S. Sturmionē ab ad-
ministratione cœnobij remouet, proſcribit.
89 interceſſione Prezoldi ſuccessoris ſui in
gratiam & cœnobium reſtituitur. *ibid.*
- Pipinus Heriftallus monaſterium condit pro
S. Sviberto. 46 ad preces S. Plectrudis
Coniugis vicum eidem donat *ibid.* agrotus
inuiftur à S. Lamberto. *ibid.* S. Lamber-
tu hortaturem ad penitentiam. *ib.* Ex-
heredat legitimos filios 47. illegitimum ex
Alpaide Carolum Martellum heredem
ſcribit. *ibid.*
- B. Plectrudis Coniunx Pipini Heriftalli. 39.
- Mater S. Noitburga. *ibid.* Varia laus S. &
virtutes. 42 ſirpe Bauara per matrimo-
- nium Lotharinga. *ibid.* Palatum mutat
in claſtrum monialium. 45. templum S.
Stephani Protomartyr. Patauierſe erexit,
dotauit. 48. inauiftur à S. Sviberto. 45.
habitum regalem deponit, ut cum S. Svibi-
berto merceretur loqui. *ibid.* eruditur ab eo
dem ſancto. 46. Exequijs interefit S. Svibi-
berti. 48. Epitaphium B. Plectrudis. *ibid.*
- Pollingen Monaſterium ſub S. Hartmannitu-
tela. 269. Duo altaria à S. Hartmanno in-
uicta hodie adhuc viſuntur. 270
- Portæ templi in Summontorio ſingula noctibus
B. Wolkoldo aperta. 238
- Prademſe S. Adalbertus Monachus profugi-
tio religioſo pollicetur. 328
- Propheticō ſpiritu ornatua S. Bardo Archiepi-
copus Moguntinus. 200
- Propheticō ſpiritu claruit S. Gamelbertus, pa-
rochus. 120
- Propheticō ſpiritu claruit S. Gebhardus Ar-
chiepifcopus Salzburgensis. 213
- Puer à Iudeis caſus Monachij 315, à famina
venditus illis *ibid.* mactatur. *ibid.*
- Puer Henricus excarnificatus à Iudeis. 333
- Q.
- Quadragesima toto tempore delituit S. Ga-
melbertus Parochus. 120
- Quadrageſta Martyres Laureacens. 2
- Quintanis vicus ubi S. Siluinus habitauit 10
- Ss. Quirini & Arſati corpora BB. Alberto
& Okario dynastiſ à Sum. Pontifice donan-
tur. 65
- R.
- Raitenbuch Cœnobium 277. à Guelfone IV.
Principe Boaria conditum *ibid.* duplex o-
lim virorum & feminarum. *ibid.*
- Ratisponam venit S. Sebaldus. 56
- Ratisponensis Monachus S. Macarius, post Ab-
bas Herbipolitanus. 254
- Ratisponensis Monachus ad S. Petrum B. Ma-
rianus ſcotus. 217
- Ratisponensis Epifcopus S. Lupus. 31
- Ratisponensis Abbas ad S. Emmeranum B. A-
dalbertus. 288
- Ratisponensis Martyr Anonymus. 290
- Reginobaldus Abbas I. Cœnobij Augustani
SS. Valeric & Afra 258, Epifcopus spi-
renſis creatur. *ibid.*
- :):):): 2 Regula

INDEX RERUM.

- R**ibertus Dynasta Boiaie Monachus. 256.
 Canobium Nouæ-cellæ condidit. *ibid.*
Reicherßergensis Cœnobij Præses Gerhobus. 274
S. Richardus Hierosolyma cum S. Willibaldo petitur se moritur in Tuscia 66. eius Epitaphium. 96
B. M. Richardis sive Richarda Vdalrici Dynastæ Ebersbergensis Coniunx. 159. Eius in pauperes cura. *ibid.* Eleemosynam annuam fundauit. *ibid.* B. Virgo nitidissimo cultu illi apparebat. *ibid.* solatur eam, & ad cœlum innuit. *ibid.* Eberßergæ obiit. 160. Eius sepulchrum. *ibid.*
B. Richildis Virgo 227. in Monasterio Summontorij sepulta 228. miraculis claruit. *ibid.* agro cum S. Julianæ Virg. & Mart. & B. Wolfholdo apparet. 232
Riettenburgensis Dynasta B. Ottho minor Religiosus. 252
Rochus B. Okarij Dux Burgundie filius. 64. utrum inter latrunculorum ludum interfecetus. *ibid.*
Rupertus religiosus apud SS. Vdalricum & Afram Augustæ, miraculis claruit. 258
- S.
- Sabionensis** sedes Brixinam translata. 9. & quo tempore. *ibid.*
Sabionensis Episcopus S. Constantius. 35
Salisburgensis Episcopus S. Vitalis. 36
Salisburgensis Episcopus B. Flobagisius. 50
Salisburgensis Archiepiscopus S. Conradus ex Schierenium familia. 247
S. Sebaldus peregrinus. 55. an regio satu oriundus. *ibid.* vota à Deo impetratis 57 Lutetiae Parisiorum studuit. 55. Parentes ei Virginem religione & forma parem desponent. *ibid.* oratio quasponsam, ut in abitum consentiret induxit. *ibid.* incidit in SS. Richardum, Willibaldum & Wunibaldum *ibid.* Quibus inopia laborantibus alimenta, vinique laticem impetravit. *ibid.* Arrianam impietatem dicit & factus refutavit. *ibid.* Ratisponam venit. *ibid.* in ferendo frigore patientia. *ibid.* Siria in carbones immissa rogam accedit. *ibid.* vitrea fracta rediretegrauit. *ibid.* Danubium traxit ueste extima pro cymba vultens. *ibid.* Preces, inedia, vigilia. *ibid.* Diuersi tori suo oculos eritos restituit. 57. Viciniam legem cælestem edocet. *ibid.* Idola abolet. *ibid.* Norinberga utrum diem suum clauerit. *ibid.* Corpus ab indomitiz bobus ad sepulture locum datum. *ibid.* Insignis Basilica eius nomine extorta *ibid.* ob Miracula frequentia in sanctorum numerum relatus. *ibid.* Martini V. Papa cuius festum celebrari jussit, quando 58. Summo honore quotannis celebatur. *ibid.* Norinberga S. Viri meritis augmentum sensit. *ibid.* Vitacius carmine concripta. *ibid.*
S. Seuerini precibus B. Martianus cum Reanto Barbarorum manibus eripitur. 12. Corpus eius Neapolim transvehitur. *ibid.* Miraculis claret *ibid.* Consecrat in primum Episcopum Viennenjs Ecclesie. Mamertinum tribunum militum *ibid.* sanctitatis fama. 15. presentia eius instar munitionis habetur. *ibid.* Miraculose publicat nefandis sacrificijs clam inherentes. *ibid.* Sacralegi manifesta confessione errorem testantur, detestantur. *ibid.* Locustas fruges consumentes oratione publice instituta abigit. *ibid.* Pauperes inobedientis quare locustas segregent deuorarint. *ibid.* Pauperhortatu S. Viris fidelium collatione alitur. *ibid.* Corpus eius post sextum annum à morte integrum reperitur. 27. miros odores redoleat. *ibid.* Transfertur in Italiam in montem Feltem. *ibid.* ad eius tumulum mutus faricepit. *ibid.* Diem suum fatalem biennio ante designat. *ibid.* pridie etiam obitus sui. *ibid.* postridie Epiphaniorum obiit. *ibid.* Eius sepulchrum. 28
Sicarium s. Carolomanus proficitur, ut in Monasterium admittatur. 74
Siluinus filius Pipini Herestalli & B. Plectrudis. 39
B. Siluinus presbyter. 10. in Vico Quintanæ vixit. *ibid.* a S. Seuerino ad vitam revocatur. *ibid.* rogat S. Seuerinum ne eum diu quisque aeterna fraudet. 11
S. Sola Anglus presbyter & Monachus. 78. Statutor S. Bonifacij. *ibid.* S. Willibaldi collegi. *ibid.*

INDEX RERUM.

- ibid. Caroli M. liberalitate Monasterium
Solenhofen condit. ibid. Coniungit illud
monasterio Fuldensi. 81. Ludouicu Imp.
predijs auget. ibid. Quis hodie Solenho-
sen teneat. 82. miracula patrat. ibid Cor-
pus eius post multos annos ab omnibus labe, ta-
beque intactum. 83. à Greg. IV. caelestes ho-
nores decernuntur. ibid. eius festum 2. De-
cembr.
- S. Stephani altare Ebersperga miraculosè con-
secratum. 175
- Stephani Pontifex in auxilium vocat Pipi-
num Francorum Regem, contra Aistul-
phum Longobardor Regem. 76
- B. Stilla Virgo è familia Schirensi. 244. tem-
plum condidit. 245 fanta eum loco moneri
non potuit. ibid. Equi absque dactore in
tempium ab ipsa conditum deportant. ibid.
Miracula varia. ibid.
- Stirris in carbones immisis focum accedit S.
Sebaldus. 56
- S. Sturmio ex nobili Boio Abbas I. Fuldensi.
84. à S. Bonifacio traditur in disciplinam
S. Wigberti ibid. presbyter claret doctrina
& miraculis ibid. solitudinem petit. ibid.
Exercitationes pia 87. Contubernium re-
ligiosissimis instituit. ibid. abstinentia car-
ni & vini quam diu. 88. Romanum mitti-
tur à S. Bonifacio. ibid. Ritus monasterij
Cassinenensis infert. ibid. Fuldam S. Bonifa-
cij pignora transfert 89 à Pipino Rege pro-
scribitur. ibid. Suorum precibis revocatus
restituitur. ibid. Cura eius in reparanda,
angerdaque re Monasterij. ib. Saxones in-
fructus 90. Fructus. ibid sancte moritur. ib.
ab Innocentio II. canonizatus. 91
- Skeua Ducum qualia insignia. 107
- Summontorij B. Richildis religiosa Virgo 227.
- Summontorij B. Wolfoldus presbyter. 231
- huiss Cœnobij auctor Ortolphus & Wiltrudis.
ibid.
- Supplicium Goloni adulteri. 307
- S. Survibertus Coloniam venit ad S. Plectrudem. 45. oratione & Crucis signo nobilem
Palatinum Geraldum extremè laborantem
apostemate curat. ibid. Cocum à Dæmono
obfessum liberat. ibid. fidem Christi in Rhe-
no predicit. ibid. Monasterium in B. Vir-
- ginis honorem constituit. 64. eius in sacris per-
agendis sanctitas. ib. sepelitur per S. Wile-
bodus Archiep. Traiectensem S. Willei-
cum presbyterum & B. Plectrudem. 48
- T.
- B. Tagmo Archiep. Magdeburgensis. 148. 2
S. Wolfgango educatus. ib. benedictionem
insignem à Wolpone morituro obtinet. ibid.
Eius Castitas laudatur. 151. honoratur ab
Henrico Rege & Regina. ibid. Episcopus
consecratur à Willigiso Archiep. Mogunti-
no. ibid. Virtutes variae. 154. Quotidie ce-
lebrauit. ibid. Concilio. Francofurtense in-
terfuit. 155. B. Brunonem Prussorum Do-
ctorem initiauit. ibid.
- Tellinae vallis Apostoli S. Marcius & B. Anto-
nius. 20
- Tegernseensis Monasterij conditores BB. Al-
bertus & Okaricus. 63. Eodem loco reliquie
S. Quirini. 63
- B. M. Theodorensis Pontifex Leodinensis.
210
- B. Thiento Abbas. 261. ab Ungaris cum sex
alijs interficitur. ibid.
- Tiguriensis Episcopus B. Paulinus. 18
- Tigurini Monachi post Vgrorum deuasta-
tionem monasterium Beuren restituunt. 162
- Tropheum Christi erigit. abolitis simulacris S.
Euystas. 32
- Turrim Ecclesie S. Iacobi Herbipoli in spiritu
vidit Romacorruisse S. Macarius Abbas.
216
- B. Tuto Monachus S. Emmerani & Episco-
pus Ratipponensis. 137. Cancellarius Arnul-
phi Boiorum Regis ibid eius in Monasterio
sanctitas. ibid Episcopus constituitur. ibid.
Virtutes variae. ibid. quomodo Chunradum
Regem de non auferendo Euangeliorum
codice aurato deterriuerit. 138. Impre-
ratio. ibid. Punitio librum auferentis. ibid.
Monasterium exornat. ib. priuilegia exem-
ptionis impetrat. ibid. Concilio Tiburien-
sis interficit. ib. Incendium Ratipponense pro-
cul agnoscat. ib. propheticò spiritu donatus.
ibid. patientia eius inferenda oculorum do-
loribus. 139. Epitaphium eius. ibid.
- Vanam
-): () : (3

INDEX RERUM.

- V.
- Vanam gloriam quant opere fuderit B. Antonius Lerinenſis.* 23
- B. Vdalricus Episcopus Lansanensis.* 52. *gē-*
mellus frater Hildegardæ Caroli M. Coniu-
gis. *ibid.*
- B. M. Vdalricus Eberspergenſis.* 167. à S.
Vdalrico Augustæ Episcopo baptizatus.
ibid. Opera huius templum Eberspergenſe
consecratum. 169. *Cenobium fectoribus*
S. Benedicti tradidit. *ibid. juuenis ob paren-*
tum peccatum contabescit. 170. *impostus*
altari S. Sebastiani conualeſcit. 171. *Eius*
in sacram edem liberalitas 176. *pia eius in*
liberos admonitio 180. *Abſtinentia.* *ibidem.*
Vitareligiosa. *ibid. Gratias Deo agit obli-*
bororum suorum obitum. 180. *Quare.* 181.
parentum in liberos suos iniuriam incu-
sat. 181. *Ebersperga mortuus & ſepultus.*
182
- B. Vdalricus Nobilis Boius Anachoreta* 342.
confert ſe ad B. Nicolaum ſubſiluanum, *ib.*
Eius abſtinētia & jejunium. *ib. in spelunca*
juxta Melcham habitauit 345 *ſeptennium*
ib. vixit. *ibidem. Locus ſepulture.* *ibid.*
- S. Vdalricus Episcopus Auguſtanus puer ad-*
huc Williburgæ dentulae, ut rurſum denti-
ret, benedixit. 171. *baptizauit B. Vdalri-*
cum Dynastam Eberspergenſem. 167
- Venenum ſub ſacro Gebehardo Episcopo Eysta-*
dienſi porrectum. 198
- S. Verona Ludouico Rege Boiaia nata,* 140.
Monasterium Veronhou conſtruit. *ibid.*
Eius festum 29. Aug. *ib. obdormiuit Mo-*
guntia. *ibid. eius corpus translatum in*
Monasterium S. Crucis. *ibid.*
- S. Veronus S. Verona Germanus,* 140, in
Lembæ ſepultus. *ibid. translatus ad mon-*
tes Hannouia. *ibid. eius festum* 30. Mart.
29. Ian. *ibid.*
- Veste ſubstrata flumen traiicit ſiccō vefigio*
S. Sebaldus. 56
- An viennensis ſeu Fabionensis Episcopus fue-*
rit S. Lucillus. 27
- Vinum in aquam verit S. Macarius Ab-*
bas. 257
- Vini & carnis perpetua abſtinentia S. Maca-*
rii Abbatis. 255
- Vifum hoſpitio ſuo reſtituit S. Sebaldus.* 57
- Vifum caci recipiunt per S. Conradi Nantou-*
nipreces. 257
- Vifum reſtituit S. Burgūdoſor & S. Eufaſiuſ.* 32
- Vifum recipit cæcū ad ſepulchrum S. Beati*
Tigernſenſis. 218
- Vifio Adalberti Monachi.* 327
- Vifio Leonis IX. Pontif. & eius interpreta-*
tio. 201
- S. Vitalis Pontifex Salisburgenſis.* 36. *Dici-*
pulus, popularis, & ſucessor S. Ruperti ib.
vita innocentia & sanctitas, *ibid. multa*
volumina ſcripſat, *ibid. virtutes varia.* *ib.*
Ex eius pectore candidiſſimum lithum per
ipſa ſetumuli marmora penetrat, *ibid. vi-*
xit 23 annos Pontifex. *ibid. eius epigra-*
phe. *ibid.*
- Vitre a fracta redintegrat S. Sebaldus.* 56
- Vltio diuinacodicem Euangeliorum auſcen-*
tis. 138
- Vltio diuina publicam supplicationem negli-*
gentis. 16
- S. Vtho primus Metensis Cenobij Abbas.* 124.
Parochus Michelbuchenſis. 124 ſucessor
& heres S. Gamelberci. *ibid. ob bellum in*
ſolitudinem fecerit. *ib. in S. Michaeli bo-*
norem Sacellum erigit. *ib. quomodo a Caro-*
M. repertus. 127. *ſumptibus Caroli M.*
monasterium fundatur. *ibid. fons miracu-*
loſus S. Vibonii. *ibid. miracula.* *ibid. pra-*
diicationis fructus 128. *Diligentia.* *ibid. ab-*
bas conſecratus ab Adaluno Episcopo Ra-
tisponenſi. *ibid. virtutes eius.* *ibid. in mo-*
naſterij templo ſepultus. 129. *miraculu clা-*
ret. *ibid.*
- Vulneribus ſexaginta conſeffus à Iudeis puer*
Monacensis. 333
- W.
- S. Waldaricus ſue Vdalricus Cluniacenſis.*
233. *patria Ratifponenſis.* *ibid. ſub diſcipli-*
na S. Hugonis vixit. *ibid.*
- Walderbachenſis Monasterij Religiosus B. Ot-*
tho minor. 212
- B. Waltho ſeu Balto Abbas in Wefſesbrun.*
258. *aqua in vinum mutat.* 261. *miracu-*
lus claruit. 258
- Weiffenburgenſum ad B. Stillæ ſepulchrum*
concurſus. 248
- Werdenſe

INDEX RERUM.

- Werdense Monasterium à S. Suviberto con-
 struendum à Pipino dotatum. 46
 Wessbrun Monasterium Noricorum 258. ab
 Arnaldo Noricorum Duce deuastatum. ibid.
 B. Willeicum presbyter S. Suviberti Episcopi.
 35 oratione & Crucis signo Gotehaldum sa-
 nat. 47 praest Monasterio Werdenſi. 48.
 Varia ad eius sepulchrum miracula. ibid.
 Willibrig edentula, ut dentiret S. Vdalricus
 Episc. Augustanus benedixit. 171
 S. Willibaldus Episcopus Eystettenſis 95. S. Ri-
 chardus & Bonna S. Bonifacij foror paren-
 tes. ibid quomodo ex aduersa valetudine
 consuluerit. ibid. traditur in disciplinam
 Theodoreto. ibid. Hierosolyma petit. ibid.
 Romanum venit 96 febriliter laborat cum
 fratre Wunibaldo. ibid. reliquo fratre na-
 tem concendit peregrinationem prosecutu-
 rum. ibid. Catana S. Agathe pignora vene-
 ratur. ib. Ephesum lustrat. 97. septem fra-
 tres dormientes admiratur. ibid. fame cum
 comitibus ingenti premitur. ibid. à Sarace-
 nū comprehensus. ibid. ab institore Chris-
 tiano liberaliter in carcere habitus. ib. Hi-
 spanus dimissionem ei impetrat. ibid. Da-
 mascum tendit. 98. Eulileam ibid. B. Vir-
 gini domicilium in Nazareth inuistit. ibid.
 Chana hydriæ spectat. ibid. In Jordane cor-
 pu abluit. ibid. montem Oliueti & Calua-
 riaconsedit. ib. In ade S. Matthie repen-
 teoculiscapus. 99. Constantinopoli bienni-
 um hæsit. ibid. in monte Cassino 10. annos
 vixit. ibid. Janitoris officio per decennium
 fungitur. ibid. Romam ad Greg. III ve-
 nit. ibid. Petitur à S. Bonifacio pro Franco-
 rum gente conuertenda. ibid. Ut ilonem Bo-
 iorum Principem inuistit. ibid. à S. Bonifa-
 cio mittitur Eystadium. ibid. Initiatus sa-
 cris à S. Bonifacio serujs B. Magdalena. 100.
 Consecrat in Pontificem Eystadianum.
 ibid. Eius vivendritus. ibid. Sanctè mori-
 tur. 101. à Leone Sum. Pont. Diuis annu-
 meratus. ibid.
 Wiltrudis Virgo D. E. O. sacra Rapathonis fi-
 lia. Monasterij Hohenwartfundatrix. 227
 B. Wolfholdus presbyter Summontorij 232.
 singulis noctibus templi porta ad eius acce-
 sum dimittitus aperta. post discessum recla-
 sa. ib. appetit cum S. Iuliana Virg. Mart.
 & B. Kichilde agroto. 232. Miraculum in-
 signe. ibid.
 Wulpo qualem benedictionem B. Tagmonide-
 derit. 148. vita sue finem prædicit. 232

Z.

- Zelotypie virtutum. 298
 Zelus pro immunitate Ecclesia S. Conradi Ar-
 chiep. Salisburgenſis. 249
 Zelus S. Euſtatiſ. 32
 Zelus S. Gebhardi Archiepiscopi Salisburg.
 215

AVCTO-



A V C T O R I T A S

R. P. PROVINCIALIS.



Lterum & tertium Volumen
BAVARIÆ SANCTÆ à MAT-
THÆO RADERO Societatis
nostræ Presbytero cōscriptum
tabulisq; imaginum adiunctis
illuminatum & à destinatis Societ. nostræ
Patribus lectum & probatum, ego C H R I-
S T O P H O R V S G R E N Z I N G Societat. Iesu
per superiorem Germaniam Præpositus
Prouincialis ex auctoritate admodum R. P.
N. G. M V T I I V I T E L L E S C I in lucem edi
permitto, fidémq; rei mea manu & appre-
fo Societatis signo facio. Ingolstadij Cal.
Ianuarij c i o . i o c . x x i v .

Christophorus Grenzing.

S. B. LAURENTIVS 22

PRIMVS LAUREACENSIS ECCLESIAE

IN NORICO APOSTOLVS.

Portuit hunc sanctissimum virum in primo Bauaricæ <sup>intra centesimū Christi
sc̄ annūm.</sup> Sanctæ opere, principe loco collocatum, cum omnibus reliquis antiquior ævo præcedat; nec sane per obliuionem eius nomen ibi præteritum est, vt in ipso voluminis exordio (quod est de primis apud Boios Euangeli præconibus) videre est; sed cum parum nobis id loci, quivir fuisset, liqueret, & progressu temporis plura de illo cognosceremus, omnino faciendum existimauimus, vti eius nomen in altera haclucubratione ceteris ob temporum rationem præfigeretur, adeoque clarius latiusque inuulgaretur, cum eius memoræ honorique publicum, quod est omnium antiquissimum in Norico, templum hodiéque visendum, vti Diuo Sanctoque constitutum sit. Hic ergo D. Laurentius (qui non ab illo inclito Christi athleta, per Decij seu Valeriani tyrannidem, rogo tosto nomen accepit, vt Cuspinianus in Austria & dubiæ chartæ Patauienses docent, cum ducentis ferè post annis Martyr vixerit) S. Petri Principis Collegij Apostolorum sectator, siue iphius Petri, siue D. Marci Euangelistæ, siue Hermagoræ missu, cum alijs in Noricum venit, & Laureaci nobilissima Romanorum olim colonia cælestem Christilegem interpretatus, multos cælo asseruit, & fundamenta Christianæ reipublicæ iecit, tantamque sanctitatis famam apud populum meruit, vti mortem eius votis sequerentur, memoriam templis consecrarent, eumque inter Diuos & cælites venerarentur. Positis conijcere Laureacensem potius quam Laurentiū dictū hunc Episcopum vel presbyterum vel Apostolū nomine proprio oblitterato, alioque ab loco accepto.

Quæ de S. Laurentio Martyre aptū Bruschium habentur (vt & Cuspinianus fabulatus est) nullam merentur fidem.

Hæc ferè de B. Laurentio, primo apud Laureacenses præcone prodita leguntur. Quæ silentio transmittenda non videbantur, cum primis Christianæ doctrinæ magistris non minus quam parentibus debeamus.

Pag. xx. f. 2.

Brusch. de Patav.
p. 23.
Molan. append. ad
Vsard. p. 224.
Hand metrop. p. 108.
M. cl. 3. Buc. p. 175.
M. S. Ep. Pataviense
p. 662.

A

SS. XL. MAR.

SS. XL. MARTYRES

LAVREACENSES. 2VMIR

Anno Christi
CCXCVII. Baron.
Bonnae.

Anasum Senatum
Die Crisp.

Bonsecratus est hic numerus multorum sanguine pro
afferenda Christi religione fuso. Romæ primum sub
Gallieno quadraginta milites occubuerunt. Præterea
Laureaci (quæ quondam vrbis caput fuit Norici Ri-
pensis, & regia Boiorum Principum ac Regum, si verus
in Vienna sua & Austria (upra Anisum, Lazijs) non plures
nec pauciores, sed qua fortuna, opificio aut studiis in certum; mil-
ites fuisse arbitrantur, Aquilino cognoscente, primum diu exquisi-
tis cruciatis excarnificatos, cum à mente non discederent, tene-
bris custodiæ & fame emaciatos ad sempiternas immortalium gau-
diorum delicias profectos. Sunt qui ferro necatos affirmant, Baro-
nius annal. 2. anno Christi CC XC V II. Tunc, inquit, accidisse quoque
putamus, ut Laureaci in Norico Ripensi quadraginta milites Christianitatis
vel. p. 177. §. 2. quoq' causa, grauiſſima paſſiſſint. M. Vellerus l. 3. Boic. His yisdem Imp.
(Diocletiano & Maximiano) in Christianorum sanguinem seuenientibus
cum Aquilinus riparij Norici præſes Laureaci acerrimas queſtiones exercet,
& ad quadraginta vinctos e nomine in carcerem conieciſſet, Florianus, & que-
sequuntur. Cuspinianus in Austria: Florianus tribunus militum in ſuperio-
ri Austria, cum quadraginta fortissimis & elecțiſſimis militibus in oppido residens
cui nomen Cecia, patria lingua hodie Zeiselmaur, sub Ottone Duce Austria nobis
le oppidum, vbi a rusticis nobili viro Oſtrofranco de familia Fuchs genito militi
ioci habituſunt, & hodie adhuc quibusdam carminibus Alemannicis quæ vulgo
de cantant audientibus riſum mouent. Cecia olim dictum oppidum, quod ſub
monte Cecio haud admodum longo intervallo adiacebat. Hic, inquam, D. ille Flo-
rianus cum ſuis militibus habitabat. nam & hic locus ſubiacebat Episcopatuſ
Laureacensi. Et audiens Aquilam præfectum Diocletiani, ſub quo tanta fuit
Christianorum perſecutio, vnde quidq' duquirere Christianos, qui nollent idoli immo-
lare & crucifixum abnegare, querentibus Christicolis latebras & speluncas qui-
bus abderentur, hic vir fortis & strenuus Christi athleta: Commititones, inquit,
o' chariſſimi, turpe eſt vobis omniibus ſic ſegnes torpeſcere: quin imus obuiam ſeu
iſti lanij, qui corpus quidecum occidere poſſunt, anima nihil poſſunt obeſſe, neque
hanc in piaculum adducere, quantumuis truces & ſanguinolenti, cruxisque hu-
mani audi & insaturabiles. dictoque citius fortes illi athletæ audientes cum tri-
buno ſuo festinabundi Laureacum contendunt: in ponte q' præfecto illi aquile per
quem Anasus fluvius labitur, intrepidi occurruunt: & quid venerint, minime
hesitantes

S.S. XL. MARTYRES LAVREACENSES.



P. St. Iunior sculps.

Si numerum spectes, sacer hic est calculus orbi;
Namq; quater denos dedicat ille dies.
Si species patriam, dedit huic sacra Laurea nomen,
Cuius ut auderet nomine digna suo.

Felices animæ, quibus hic ob Numinis aras
Est accensa famæ, gutta negata siti.
Nectar et ambrosia votis nunc astra ministrat;
Nulla famæ celo cognita, nulla siti.

A 2

hesitantes

ARMED FORCES AIR AX 22-33

menthol A

hesitantes libere profitentur. Attonitus praefectus animositate militum, carcerebus occultius iugis, & custodibus muniri, & post multas vltro citroque habitas dissertationes, blandimentis, commixtis minis, nihil mouere poterat insanus ille praefectus. Quid id in iram motus, post sauvissima verbera quibus D. Florianum ceterosq; in tumorem affectit, tandem in fluum precipitauit ac submersit. Et cum eius corpus licet manus & pedes essent constricti ac ligati, submerge nequiret: tandem lapidem molarem iusit appendi, vt submergeretur. Et licet animam S. Martyr efflaret, tamen Deo Opt. Max. sic jubente, eius corpus in quandam petram est delatum contra naturam aqua, indicante aquila expansis alis corpus D. Martyris, & postea a sacris videntis & matronis sepultura traditum. Subsecuti sunt dehinc ceteri milites animo constanti & firmo nullo tormentorum genere terrui, animas suas Deo offerentes. Feruntur haec facta anno a nato lete CCXXX. regnante Diocletiano Imp. sauvissimo tyranno. Errat tamen Cyprianianus in anno Christi, quem recte anno-

tauit Baronius,



A 5 S. L V C A.

Hic eximius dux et regis sonus sicut in locis hinc habens dux illi
qui puerum suum bis sexagesima die obsequiose etiam omnesque
hunc in amboponemtum fixo deuenit. Hunc dux obsequiose
cum Regibus bene colligens Regum in tunica et tunica illis regis
cum Regibus bene colligens Regum in tunica et tunica illis regis

S. LVCANVS

EPISCOPVS SABIONENSIS,

HODIE BRIXINENSIS.

Anno Christi
CCCCXXIV. XIIII.
Cal. Aug. Philipp.
Ferrari de Ital. SS.
Charta Belunensis.
S. Lucanus Episc.
Brixinenensis sub annis
424. idem phil. Fer-
var. 20. Iulij.



Ius hic Lucanus Sabionensem egit pontificem sub
annum Christi CCCCXXIV. Cælestino Pontifice
M. Romanam Ecclesiam Christiani orbis parentem
administrante, apud quem ab æmulis & nimis religio-
sis delatus est, quod ditioni suæ subiectis per Cinera-
lia, cum summarerum in opia premerentur, lactis usum & qua in-
de obsonia fiunt, in cibum benignius indulsisset, cum tamen ne-
cessitas legem nesciat, nec ecclesia, quæ mater, non nouerca est, ve-
lit ouilia sua nimia fame premi, multò minus interire. Citatus ergo
ad summi in orbe Christiano judicis tribunal, quamuis jam annis
& senio fessus, uno duntaxat administrō comitatus, cum spoleto
venisset, stabularij seu cauponis uxorem aqua intercute distentam
solis precibus curauit, ut noxius humor sponte diffueret, utenq;
euacuatus & correctus subsideret. Inde Romam usque progressus,
cum pallium ad solis radios siccandum suspenderet, pependit illud
factum leges apud
sursum in S. Floren-
tio Episcopo Argenti-
nensi VII. Novembri.
(De quo plura Bru-
schina in Syllabo E-
pis. Arg. p. 36. vbi
tamen hoc legitur)
Et des. Nicophore Eer-
varius 28. Maij p. 816.
De S. Brigida Scota
Virgine Iberica. S.
Decolata Iberno fratre
S. Galli Abbatis de
quib. martyrol. Rom.
C. alij.

Hic eximendus est lectori unus alterue scrupulus qui Philip-
pum Ferrarium ne quicquam tortsit. Miratur is, cum de hoc Luca-
no Brixinensi præfule tractat, quamobrem apud Democharem &
Hundium in syllabo pontificum Brixinensium vel Sabionensium
nulla

S. LVCANVS EPISC. SABIONENSIS HODIE BRIXINENSIS.



R. Sad. Pisoni facit.

Expassam vacuo suspendit in aere vestem,
Preful et a puro sole pepernit onus:
Pro cervis madidam radij subiere lacernam:
Atlantes Phœbi sustinere togam.

Quod simul ut viuit triplici diadematè cinctus,
Numinis in toto qui gerit orbe vices,
Ecquis aut nostrā venit novus hospes in urbe?
Marius Phœbœ sidere fidus adest.

A 4

nulla

1510.1.23

PARVUS HOMINIS HONORATISSIMA M



allm

¶ A

DE S. LVCANO EPISC. SABIONEensi.

nulla fiat huiusmentio. Promtissimum est è vero respondere; Nomina ab vsque S. Cassiano omnium pontificum propter barbarorum incursiones & yrbis euersionem ad vsque S. Genuinum seu Ingenuinum (de quo infra) intercidisse. Nullum autem genti illi rectorum, præfulem aut pontificem interea vñquam præfuisse, non est verisimile, cùm hic ipse Lucanus ex monumentis Belunensibus ostendatur interea loci pontificem illic egisse. Sed & prisca Brixenium chartophylacia tum belli cladibus, tum incendiorum ruinis perierunt: vt doceri non possit, nullum præterea alium post Cassianum episcopum fuisse. Alter est, cùm Brixina illa tempesta tenecopidum fuerit, neque nomen eius extiterit, & ab S. Albuino, qui sub Othono III. & Henrico S. deum vixit, sedes è Sabiona Brixinam, quam ille mœnibus cinxit & opidi nomen indidit, fuit translata; quomodo S. Lucanus potuerit dici Episcopus Brixenensis? Nec hic opus est Alexandri gladio ad secundum hunc nodum. In promtu est responsio, dictum esse Brixinensem Episcopum per metachronismum, quod sedes Brixinam è Sabiona sit translata, vt hodie SS. Cassianus, Ingenuinus & Albuinus dicuntur Brixenses Episcopi per usurpationem & catachresin, cùm Sabionentes fuerint. S. Albuinus primus Brixensis pontifex celebratur. A quo posterioris ævi scriptores regressi ad primos cum Sabionæ nomen, Brixinæ claritas extinxisset, etiam priores pontifices Brixenses & pontificatum Brixinensem, abolito Sabionæ nomine, nuncupatunt. vt ex Belunensibus chartis coges, quæ non eodem seculo quo S. Lucantis vixit, sed longo post interuallo sunt perscriptæ. Quomodo enim Brixinensem appellasset pontificem cùm Brixina nusquam nisi in Vtopia per id tempus esset. Quare Brixenses pontifices sancto veiroque jure hunc S. Lucanum in album & syllabum antistitum Brixenium possunt adlegere, & inter DD. Cassianum & Ingenuinum medium collocare. Nec est quod quisquam cogitet, hunc fortasse Brixinensem in Italia fuisse præfulem. Extant apud Democharem nomina Brixenium italicorum pontificum, interquæ nullus est Lucanus. Mox alium è superis euocabo Brixensibus juxta ac Lucanum, ignotum; cùm tamè miræ virtutis & sanctitatis vir fuerit, quem infra anno c. 10. CCC. XV. Ludouico IV. Boario Imperium temperante leges.

Nomen Diuo est, S. Henricus eremita Bau-
zani natus.

B. SILVI

B. SILVINVS

PRESBYTER.

*Anno Christi.
CCCC. LX., circiter.
Scholia festes Eugip-
pij ad Lectorem.
In vita S. Seuerini.
c. 16.*

timetar.

*Clunier. Vindel. p.
19. S. I. & 5.
Appian.
In vita S. Seuerini.
c. 15.*

Ad Cap. 25.

Vm ex magno, vetusto & nobili scriptore Eugippio
passim viris doctis laudato certò constet, B. Siluinū
presbyterum cælestibus accensum, simûlque ex co-
dem discamus, eundem beatum virum in Boiaia
Quintanis egisse & vixisse; ritè facturus videor, si & hu-
ius Diui memorias volumini huic inferam. Egit Siluin⁹ presbyter
in Boiaia castello seu vico Quintanis seu Quintanicis. Quintana
castra olim dicta sūt apud Antoninū. Quintana in Notitia appellā-
tur, & vox (castra) prisco more retinetur, sicut in alijs Augusta seu
Augustana, Regina, Bataua, vbi semper vox castra desideratur, & vsu
intelligitur. Est vicus haud procul Danubio ē regione Hofkirchen
infra opidum Petrense seu Osterhofen. Mansit loco hodiéque ab
allusione nominis Kunzen⁹. Locum ipsum Eugippius ipse ac-
curatè descripsit, Quintanis, inquit, appellabatur secundarum municipium
Rhætiarum super ripam Danubij situm; huic ex altera parte parvus fluvius
Quintana nomine propinquat. Ad quem locum Scholia festes Eugippij:
Antoninus Quintanus. Notitia prefectum ale. 2. Flaviae Rætorum ibi col-
locat: Kunzen Auentino & Lazio, quibus haec tenus accedo. Siluinum Lazi-
us Episcopum creat, eundemque per S. Seuerinum: cum nec Epi-
scopus nec Abbas fuerit, vti Eugippij Scholia festes docet. Siluni
facta gestaque per vitam in obſcuro sunt mors vitâ illustrior, ean-
dem reddit illustriorem. De morte ergo hæc Eugippius, Accidit
autem ut castelli presbyter memorati, admodum venerabilis, Siluinus nomine,
moreretur, & cum in Ecclesia feretro posito noctem psallentes duxissent ex more
peraugilem, iam crescente diluculo rogauit vir Dei fessos presbyteros & diaconos
vniuersos parumper abscedere, ut post laborem vigilarum somno se aliquantu-
lum recrearent. Quibus egressis Dei homo Ostiarium Maternum nomine, in-
terrogat, utrum omnes, ut dixerat abscessissent? at illo respondentे, cunctos abi-
isse, nequaquam, ait, sed latet hic quidam. Tunc ianitor Ecclesiæ secundo per-
lustrans, nullum intra eam mansisse testatur. Verum Christi miles, Domino
sibi reuelante, nescio quis, ait, hic delitescit. tertio itaque diligentius perscrutans
quandam inuenit virginem consecratam locis se occultioribus abdidisse. Hanc
ergo memoratus sic increpauit auditus, Cur istic famulo Dei posito tuam credi-
deris latere potuisse presentiam? at illa, pietatis, inquit, me amor talia facere
persuasit, videns enim cunctos foras expelli, putauim cum, quod seruus Christi
invocata

inuocata diuina maiestate præsentem mortuum suscitaret. Exeunte igitur memorata virgine homo Dei cum presbytero & diacono ianitoribusque duobus in oratione curuatus postulauit fletu largissimo, ut opus solita maiestatis diuina virtus ostenderet. Tunc oratione completa a presbytero ita cadaver vir beatus aliquitur, in nomine Domini nostri Iesu Christi sancte presbyter Silvine, loquere cum fratribus tuis. & subito oculos defunctus aperuit. vix vero præsentibus homo Deitatem prægudio persuasit; & denuo ad eum, vis, inquit, rogemus Domum, ut te adhuc seruis tuis in hac vita condonare dignetur? at ille ait, per Dominum te coniuro, ne diutius hic tenear & frauder quiete perpetua, in qua me essem cernebam. Statimque redditia oratione quieuit exanimis. Hoc autem factum S. Seuerini adiuratione ita celatum est, ut ante mortem eius non potuisset agnosciri: ego tamē haec quæ retuli, Marci subdiaconi & Materni ianitoris relatione cognoui. Nam presbyter & diaconus tanti testes miraculi, ante S. Virum, cui iurauerant, nulli e quod viderant prodituros, obijisse noscuntur. Cæterum similia Diuorum exempla de reuocatis è cælo in vitam Diuis, cognoscis in primo volū. Viridarij nostri, quod ex Menæis excerptissimus addiem IV. Cal. Maias de milite Carthaginensi in Notis siue annotationib. vbi copiosè, de reditu animarum seu beatarum seu damnatarum in corpora. ex Tostato (Lib. 4. Reg.

c. 4. q. 56. Greg. de Val. Tom. 4. disp.

ii. q. 1. p. 2.) disputatur.



B. MAR.

B. MARTIANVS

SEV MARCIANVS, VENERABILIS

PRESBYTER ET MONACHVS

*Anno Christi circiter
CCCC LX.**Eugipp. c. 37. & 47.**Lazius in Aust. in
descriptione marchie
orientalis.**Auenin. l. 3. p. 165.
edit. Ingolstadt.**Bruschus in pat. l. 1.
p. 46.**Pag. 1157.*

Martianus primum monachus, deinde presbyter, postrem abbas cœnobij Hailigenstadiani, ut est apud Eugippium, socius & comes fuit S. Seuerini Noricorum Apostoli. Nam ita de hoc Eugippius.

*Martianum monachum, qui postea presbyter, ante nos mo-
nasterio prefuit ad Noricū cum fratre Renato (Seuerinus) direxerat. Et cum
dies tertius laberetur, ait fratribus: Orate charissimi, quia grauis hac hora Mar-
cianum tribulatio comprimit, & Renatum, de qua tamen citius Christi libera-
buntur auxilio. Tunc monachi quæ ab eo dicta sunt protinus annotantes, illis
post menses plurimos redeuntibus diem horamque periculi, qua barbaros eva-
rant indicantibus, sicut signauerant approbauerunt. Ex quo Eugippij lo-
co discis Martianum & Renatum precibus S. Seuerini fuisse e bar-
barorū manibus, in quas inciderant ereptos. Reliquit S. Seueri-
nus prior extictus viuum in terris Martianum, quem cum suore-
ligioso cætu illustris fæmina Barbarja, cum corpus D. Seuerini Nea-
polim in Italiam transuectum esset, & ingentia ad sacras eius exu-
uias prodigia patrarentur per literas in Italiam saepius inuitauit, ut
ibid. reor monasterium, quod factum postea, institueretur. Scho-
lia stes Eugippij notat imperitiam & temeritatem Lazij, quod affir-
masset Martianum Viennæ Episcopum fuisse. Lazius tamen in
chorographia Austriae Mamertinum primum Vieiensem Episco-
pum appellat, de Martiano ut Episcopo nihil narrat, quem mona-
chum duntaxat Hailigenstadianum facit. Nec secundum à Ma-
mertino in Catalogo Episcoporum Martianum collocat, sed om-
nino præterit. Quamuis ut inconstans eius calamus est, in Com-
mentario Reipub. Rom. vol. x. Martianum in pontificatu Fabia-
nensi hoc est Vieiensi, Mamertino sufficiat, secundumq; ponat.
Quin & Episcopalem sedem, inquit, eo tempore positā in Fabiana fuisse ex ea-
dem historia (Eugippij) animaduertitur, ubi primum omnium a B. Seueri-
no consecratus in episcopum fuerat tribunus militum quidam nomine Mamer-
tinus qui synchronos extitit Iustiniano primo imperante, S. Valentino Patauensis
Ecclesiæ, S. Maximo Iuuauiensis, Constantio Laureacensis, Paulino Tiberinen sis
& Siluino Quintauiensis Norici & Vindelicæ Episcopis. Secutusque est Ma-
mertinum in Episcopatu Fabianensi Marcianus quispiam.*

Quod

S. MARTIANVS.




R. Sad. Senior fecit.

Auctum ubi MARTIANE Mystra Namq; exanimi peflerme locutio
 Est nobis pedibus Maroniam;
 Dopoſe ſatia pabulumq; fucta,
 Sed gratus numeruſ Catuliana
 Lethalit; fame necare genet;
 Paucis hunc decaſyllabos, triumpho
 Suffragante tuo et ibente Patre
 Nec invictib; aig. inuictato,
 Voci plorima formidans fugasti
 Ea je ſcibore ſtaculūſ fuctis.
 Quam nullis legiomibus vel armis
 Dicitur Larvialibus falichis
 Hanc pateſ patris gena refloso
 Auertit Thoomyſta MARTIANVS
 Quamus non ſinu nubilis Magiſtri
 Ut pahn ſine fraude MARTIANVS
 Toteſ iure ſubens volenq; cedit.

B

Quod



Quod ad miracula & locustas attinet, de quibus Eugippius C. XII. certum est Martianum miraculo interfuisse & precibus eius ac presbyterorum aliorum pestem illam à Cucullis castello & regione vicina S. Seuerino pulsam & proscriptam. quod ita narrat de S. Seuerino apud Eugippium Martianus : *Cum adhuc Norici ripensis opida superiora constarent, & pane nullum castellum barbarorum vita retincurfus, tam celeberrima S. Seuerini flagrabat opinio, ut certatim eum ad se castella singula pro suis munitionibus inuitarent, credentes quod eius praesentia nihil eis aduersi eueniret.* Quod non sine gratia diuini munieris agebatur, ut omnes eius monitis quasi celestibus terrentur oraculis, exemplique illius bonis operibus erudirentur. In castellum quoque cui erat Cucullis vocabulum, devotionibus accolans vir sanctus venerat aduocatus, ubi factum grande miraculum neque reticere, quod tamen Marciani post presbyteri nostri, cuius eiusdem loci stupenda miracula, relatione cognouimus. Pars igitur plebis in quodam loco nefandis sacrificijs inharebat. Quo sacrilegio comperto vir Dei, multis plebem sermonibus alloquitus, iejunium triduanum per presbyterum loci suasit indici, ac per singulas domos cereos afferre praecepit, quos propria manu unusquisque parietibus affixit Ecclesia. Tunc psalterio ex more decurso, ad horam sacrificij presbyterum & diaconum vir Dei adhortatus est, tota cordis alacritate secum communem Dominum deprecari, quatenus ad sacrilegos discernendos lumen suae cognitionis ostenderet. Itaque cum multis largissimus fletibus, cumque fixis genibus precaretur, pars maxima cereorū, quos fideles attulerant, subito est accensa diuinitus, reliqua vero eorum qui predictis sacrilegijs infecti fuerant, volentesque latere negauerant, inaccensa permanxit. Tunc ergo qui eos posuerant diuino declarati examine, protinus exclamantes secreta pectoris suis factionibus prodiderunt, & suorum testimonio cereorum manifesta confessione cuncti propria sacrilegia testabantur. O clemens potentia creatoris, cereos animosque inflammans, accensus ignis in cereis resulsi & in sensibus. Visibilis lux liquabat ceras in flamas, at inuisibilis corda fatentium soluebat in lacrymas. Quis credit, amplius eos quos sacrilegus error inuoluerat poslea claruisse bonis operibus, quam eos quorum cerei fuerant accensi diuinitus!

C. XI, & XII.

Alio rursus tempore in finibus eiusdem castelli locusta frugum consumptrices noxijs moribus cuncta erant vastantes. Tali ergo peste perculsi, mox presbyteri ceterique mansores sanctum Seuerinum summis precibus adierunt dicentes, ut tanta plaga auferatur atrocitas, orationum euarum experta suffragia postulamus, que magno dudum miraculo


C. XXXI

in accensis cereis multum apud Dominum & alere conspeximus. **b** Quos ille religiosius allocutus, non legisti, ait, quid auctoritas diuina peccanti populo precepit per Prophetam, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in jenio & fletu, & post pauca, Sanctificate, inquit, jenium, vocate catum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, & cetera quae sequuntur, haec complete, in dignis operibus malitiam praesentis temporis facile evadatis; nullus a me ad agrum exeat, quasi humana sollicitudine locustas & veniturus, ne diuina amplius indignatio prouocetur. **Nec** mors ergo omnibus in ecclesiam congregatis, unusquisque in ordine suo psallebat ex more. **Omnis** etas & sexu, quae etiam voce non poterat, precem D E O fletibus offerebat, eleemosyne fieri non cessabant, quidquid bonorum operum praesens necessitas exigebat, sicut D E I famulus praeceperat implebatur. **Omnibus** ergo huiuscemodi studijs occupatis, quidam pauperrimus opus D E I cæptum deserens, ad agrum propriae segetis iniuriae causa, quæ perparua inter aliorum sata jacebat, gressus est, totaque anxius die locustarum nubem impendentem qua potuit exturbauit industria, moxque ecclesiam communicaturus intravit; sed segem eius exiguum, multis vicinorum circumdatam frugibus, locustarum densitas deuorauit. **Quibus** ea nocte ab illis finibus exterritis imperio diuino, probatum est quantum valeat fidelis oratio.

Mane quippe sancti operis temerator, atque contemptor, rursus ad agrum suum male securus egrediens, eum locustarum pernicie funditus inuenit abrasum, & omnium circumquaque sationes integras vehementer admirans, ad castellum lamentosa vociferatione reuertitur, cumque id quod acciderat indicasset, ad huiuscemodi videndum cuncti exiere miraculum: ubi quasi ad lineam regularem contumacis hominis segetem locustarum mortis offendrant. Ob quam rem monendi occasionem homo D E I reperiens, docebat uniuersos ut omnipotenti D E O discerent obedire, cuius imperii obtemperant & locusta. Pauper vero predictus flebiliter allegabat, posse se mandatis obedire de cetero, si vlla spes qua riueret sibi remansisset. Tunc ergo vir Dei ceteros allocutus, iustum est, inquit, ut qui proprio supplicio humilitatis vobis & obedientie dedit exemplum, liberalitate vestra anni praesentis alimenta percipiat. Collatione itaque fidelium correptus homo pauperrimus, & ditatus, didicit quantum dispensi incredulitas inferat, quantumque beneficij suis cultoribus diuina conseruat largitio.

Auentinus hoc alterum de locustis miraculum Martiano
zib. 9. p. 265. simul & Seuerino assignat: vbi ad oram Martianus etiam Diuus appellatur. Fuere autem Cucullæ Norici superioris oppidum

oppidum iuxta alpes Gauzonem atque Ludozonem in pago Ater-
gea & propter Phiscam aminem: vbi post fata Attilæ Martianus sa-
cerdos & Seuerinus locutas carminibus supplicijisque Deorum fugarunt.
Ineptè Auentinus, supplicij Deorum: quos Deos intelligit? rectè
quidem supplicij precibus & yctis, sed quorum Deorum? Locus
vbi hoc miraculum patratum fuit, propter lacum Valecium no-
bis VValersee & Phiscam seu Fischa zu der Gugel apud Gauzonem
Gaisberg Ludozonem der Luog. Martianus tamen vltro miracu-
lisam suo religioso duci & magistro Seuerino concedit, quem
hic vt testem, votisque prodigium prosequentem collocaui-
mus, titulo Venerabilis presbyteri cum venera-
bili Beda contentum.



B. PAVLINVS

TIGVRIÆ IMO TIBVRNIAE NORICORVM
PONTIFEX.

CCCC LXXVI.
Avent. l. 2.
Scholiaestes Eugippy.
c. 25.

Mediterranei.

PAULINUM S. cognomine describit Eugippius his verbis,
Quidam Norico Maximinus nomine seruum Dei frequentare solitus
erat. Et cum pro familiaritate quam meruerat, in monasterio
Sancti viri diebus aliquot moraretur, eius informantur oraculus
patriam suam graue repente exitum subitum. Qui accepit
literis ad Sanctum Paulinum Episcopum designatis, remeauit instantius. Ipi-
tus memoratus antistites literarum tenore perstructus vniuersas dieceses sive ca-
stella scriptis proprijs vehementer admonuit, ut triduano ieunio, quod litera viri
Dei signauerant, exitio venturae cladi occurserent. Quibus iussa complenti-
bus terminato ieunio ecce Alamannorum copiosissima multitudo fer aliter cuncta
vastauit. Castella vero nullum sensere periculum, que lorica fidelis ieunij
& laudanda cordis humilitas aduersus hostium ferociam fiderenter armauerat.
Quamuis autem Eugippius Sanctum appellat, non vrgeo tamen ex
eo Sanctum fuisse Paullinum, cum epistolis S. Angustini T. 2. &
Hieronymi constet, id temporis ita quoscunque Episcopos appelle-
atos, vti & abbates. sed colloco illum hic vt pium viru, vti & Lucil-
lum presbyterum, quales fuisse ex Eugipio constat. Meminit de
codem nondum Episcopo, Paulinus quidam ad S. Seuerinum, fama eum
latius percurrente, peruererat, hic in consortio beati viri diebus aliquot remora-
tus, cum redire vellet, audiuit ab eo, Venerabilis presbyter festina, quia scit odi-
lectionem tuam populorum desiderijs, vt credimus obiectantem, dignitas episco-
patus ornabit. Mox remeante ad patriam sermo in eo prædicentis impletus est.
Nam ciues Tiburnie, quæ est metropolis Norici, coegerunt prædictum virum
summi sacerdotij suscipere principatum. Tiburniam porrò multi acceperunt
Ratisponam & inde Paulinum primum Ratisponensem pon-
tificem posuerunt, quos Eugippij Scholiaestes eruditè refellit: Ab
hoc, inquit, episcoporum suorum catalogum auspicantur Reginoburgenses; om-
nino temere, nam ex ijs que ad caput XVII. annotauimus liquido constat Tiguri-
nam Norici metropolim Reginoburgum non esse. Conradus quidam Regino-
burgensis Canonicus, qui ante CC. annos vixit, primus istius sententiae auctor:
cum ceteri vt sit, re parum existimata, secuti. Ne sibi vero Reginoburgenses
quorum beneficio Eugippium vulgamus, ex puncto Paulino iniuriam fieri con-
querantur, genuinos duos pro suppositio hoc uno episcopo dabimus, in illorum fa-
sus

stos hactenus non relatos; Ioseppum primum, cuius isto loco meminit nemo. Cyri-
num deinde, cuius Hundius in metrop. subobscure, at is in vita S. Emmeranni
quam scripsit, siue Haimerammi ut antiqui codices habent, sub finem Ioseppum
episcopum decessorem suum diserte appellat, & ex hac ipsa vita colligas Gau-
aldo, qui sub Pipino vixit, utrumque fuisse supparem. Hunc locum e-
mendauit M. Velserus in suo codice his verbis, Ioseppus fuit Frisingensis
non Reginoburgensis Episcopus, quod cum ex Catalogo, tum aliunde liquet. Ergo
Cyrinus quoque successor Frisingensis fuit. Sed Scholia sten Surius in er-
ore traxit, qui Cyrinum in vita S. Emmerammi, quam scripsit,
Ratisponensem Episcopum vocat. Quæ Hundius de hoc tradidit
in metrop. cum ipsis etiam judicio omnia sint confusa, nihil te-
moueant: nec cogita, quæcumque de Paulino Pontifice Nolano
aut alijs Paulinis vel Britannico vel Coloniensi traduntur, huc perti-
nere. Omnes ab hoc Tiburiensi sunt diuersi. Interim vene-
randus Paulinus in cælo, vbiunque fuerit
Tiburnia in terris.



B. ANTONIVS

LERINENSIS MONACHVS

S. SEVERINI ABBATIS, NOR. APOSTOLI

DISCIPULVS.

Anno Christi.
CCCC. LXXXIX.
B. Ennodius Ticin.
Episcopus p. 379.
Baron. T. 6. anno
488.

Ennod. p. 387.

Feldlin.

Antonius Valeriae ad Danubiū patre Secundino viro nobilissimo natus, patruum habuit Constantiū Lau- reacensem pontificem, virum sanctissimum ad quem priusquam veniret, patre defuncto S. Seuerino indi- sciplinam contraditus est, qui jam tum in pueris vir- tuts argumenta notisque sanctitatis animaduertit. quare singulare affectu pueri innocentiam complexus & exosculatus, sum- mam illius curam habuit. Sed euocato ad superos Seuerino, ve- nit in B. Constantij patrui contubernium, ut his verbis Ennodius ostendit: *Sed postquam beatus vir humanis rebus exemptus est, Constantij Antifitius ea tempestate florentissimi, junctis obsequijs, gloriois operibus vita rudi- menta dedicauit. Qui eum inter Ecclesiasticos Exceptores cælestem militiam iusit ordiri. Erat enim venerabilis sacerdos Antonij nostri patruus; sed nunquam ille magisterij rigorem consanguinitatis lege mollivit; nec fecit securū de necestudine discipulum, non timere, cui gratiam doctoris nisi censura non prestatit. Tantus fuit circa sectatorem diligentiē modus, quantum judicia contulerunt: meritum suum in facie monitoris agnouit.* Cūm deinde barbaræ paganæq; gen- tes Heruli, Franci, Saxones, Pannonias adeoque Laureacum incur- sarent, & Constantius Laureacensis antistes vita cessisset, ipsius cu- ra Pontificis ministri Antonium ad Tellinam Vallem ad Ma- riū presbyterum singularem dæmonum hostem deducunt, ut Ennodius his verbis ostendit: *Inter quas temporum procellas Constan- tius pontifex (ne quid in mundo haberet subsidij, terra hostib. deputata) huma- na legi liberatus est: post cuius resolutionem Antonium nostrum famuli ad Italiae partes, quibus cælitus fuerat deputatus, Christo duce perducunt: principe loco, Tellinæ vallis, quæ id fortita est roaculti, limen ingreditur: quam montium ex- vtroque latere brachijs fabricatam naturæ ditat amænitas, & de vetricibus fæcundis anum plebe locupletat vber solum, quod auaris respondet juxta desideria immoderata cultoribus. non tamen ita, aristis prægranidum aut dotatum paſcius, aut arbuſtis compositum, aut flumisibus latum, vt non ei plus superuenientis personæ gratia præstaret, quam ipsius originis variata & distingua formosi- tas. illuc*

tas illic Mario presbytero qui spiritibus immundis dominabatur, adiunctus est.
 Hic Marius cum cælestem Antonij gratiam & virtutem mentis oculis intueretur, dignum censuit, quem in sacrum clericorum ordinem referret. Sed is vt auctor loquitur, fugit honorem velut veneni poculum, maluitq; parere alijs quam præesse. Itaq; ne humanae consuetudinis vitia traheret, secessit ad Hilarium montem, qui non procul à S. Fidelis martyris aberat maurusoleo. Ea porro rupes asperima & propè inuia erat, in qua tamen duos jam ætate graues reperit, qui D è o votis & precibus incogniti litabant: Nam ita testatur Ennodius: *Elegit secessum haud procul. B. Martyris Fidelis sepulcro,* ibid.
vbi Hilarius longi marmoris minas deponit, quando ne euagetur longius, obiectis ripis resistunt fræna telluris, illuc inserto hubibus vertice mons coruscat, qui sublimitate sua vincit aspectum. Sed quam superbus est in magnitudine, tam difficilis ascensu. Nam nullus ante monachum nostrum patuit gressibus, nec per prærupta Saxorum humani generis admirari, formidine repugnante, vestigium. In præcisis caribus tutæ feris longum præbuit nullo exercente cubilia, eo besijs blandior, quo terribilis agricolarum excursui minatur. In hoc Dei famulus sedem delegit, in quo sola fuit placendi causa, quia nequaquam lenocinabatur aspectibus: nihil secum amplius nisi parum leguminis, & lagonem, quo terram sollicitaret, de mundi beneficijs assumens. dedicauit callem subiecta asperitate nescitum: juga illa indomitam naturæ legem Antonio congridente perdidérunt: referata itinera post ingressum eius patuere cupientibus. Inuenit illic tamen duos senes, quos jam ita inter lustra belluarum habitatio longa miscuerat, ut nihil de illis mundo fama nunciri: quorum vitam scientiamque plenè videor elocutus, cum expeditam pro Dei timore habitationem sine nube vulgauit. Breui post horum viri assūtus est, & terreni canceris mole deposita, ætherea valetudine felix anima resumpsit. Nam absolutionis eius tempore, columnæ ignea beati Antonij oculis est ingesta, ad columnæ que pertingens: credo ut venerabilis viri fides, & ardor ille vitiorum decoctor typicom monstraretur incendio. Dices, quomodo verum, quod supra dixerat, nullis ante monachum nostrum patuit gressibus, cum tamē duos ibi senes offenderit? Non fuisse frequentatum monte vel a pastori bus, vel a venatori b. intellige, nisi a duobus senibus, qui illuc ingeti nixu tanquam capreæ euaserint, nullaq; vestigia viæ reliquerint.
 Cæterum quam inibi vitam nouus hic Antonius exegerit, porro Ennodius explicat, cum affirmat, q; nihil secum præter pauca legumina tulerit, & lagonem, quo terram sollicitaret. Itaq; viæ aperuit, vt accessus ad montem cupientib. pateret. Ibi alterius senis vitæ paullo post defuncti anima vidit per columnā igneam ad cælū vsq; pertinentē, astra petere. Sed Antonius in solitaria illa ascensi versatus, nūquam cibū sumvit, nisi cū vires corpus destituerent, nunquā somnū cepit.

cepit, nisi peractis officij munijis. Sed enim audiamus Ennodii
 ib. p. 285. post m. um ipsum, reliquas eius virtutes retexentem. Sciuat ille, inquit, sic
 per labores varios disciplinarum lineamenta sectari, ut nunquam assumeret ar-
 rogantiam de labore: & cum omnia essent digna præconijs, quæ gerebat, dispen-
 dium virtutis credidit fuisse laudatum: sic totum de eius actibus opinionis luce
 radiabat censura mentis in corpore, & iracundiam quam contra culpas anima
 eius susceperebat, facies infucata pingebat. Videres aduersus flagitia munda-
 na toruos oculos, & indefessa contra seculi blanditijs Christi militem bella tra-
 Etare, quando illa imago statum suum resoluit in risum, & ab ordinis proprij ri-
 gore latitiae debilitate confracta est. Interea dum velut obsignatum monachij
 in variis implet officium, vir quidam (quem sponsæ suæ amor in facinus im-
 pulerat, & ad effusionem humani sanguinis affectu & indignatione prouoca-
 rat) dum conscientiam se credidit fugere mutatione terrarum, & in alijs pro-
 uincia partibus innocentiam reperiri, quam furore duce perdiderat, relatum
 simplicitate ad secreta eremi portauit homicidam, putans in Dei obsequio consi-
 tutus de actibus suis præter effigiem nil patere artificij: humilem simulauit oper-
 tum, & per dolosi commenta consilij, fabricata subiectione compositus, cautori-
 bus scelerum sordes texit obstaculis. Difficile est, præter Deum, deprehende-
 re, quidquid obsequendi argumentis inuoluitur. Prouide flagitium celat abie-
 ctio: raro in lucem erumpunt crimina, quæ auctor obtemperandiscierit fuso se-
 pelire. Protimus tamen adfuit ille judex consuetus, & latentis secreta conscientia
 diuinæ vocis clave referavit. In his sermonibus adoratus Antonium, quan-
 do eum plus quam homo posset, docuit agnoscere; illum denudans, qui crasso indu-
 mento latronem tegebat: Cae, inquiens ne tanti criminis reum sancto velis mis-
 cere collegio, ne lupum ouibus, agnis viperam negligens estimator adiungas. Iste
 animam Deimaniibus concessam, per elisi fragmenta gutturus effugauit, & inter-
 vecino fratris furore constricti vitam estibus suis, dum infert faucibus vincula
 dissoluit. Hunc debitum exitium sequitur: nec à jugo supplicij erit alienus, qui
 humano sanguini non pepercit. Misericordia est, circa facinorosos seruata di-
 strictio. Ergo sepor terminum ponens, mandatorum cæstium hostem depelle,
 ne candida conueratio tecum habitantium fusca superuenientis contagione viole-
 tur. Illico diuinis obsecutus imperijs, hominem vocat mentientem, conuicti
 feriato ore male concisj, omnia eius gesta persequitur. Expauit deprehensus
 cum flagitia sua recensere videret ab homine, quæ sine teste humani generis com-
 misserat, viaticum poposcit, fugam tremens arripuit, continuò tamen pedissequa
 reum vultus comprehendit, & expiatum scelus patratoris morte nunciauit. Ita
 sermo justi, viribus carere non potuit. Interea sanctus vir per regiones simili-
 mas insidiantis famæ linguis innotuit, quæ ne pareret de celeritate iactantiam,
 ante prouisa sunt remedja, quam morbus adolesceret. Qui enim grandeus
 aut debilis duce diligentia, non itineris illius transmeabat abrupta, cum danti-

bus valetudinē desiderijs etiam & gritudines corpora non tenerent, hac perterritus
 frequenter ad secessione eremī beatus Antonius credidit euolandum, ne singulorū
 deuotio inamabilis arrogantiæ mater existeret. & de multiformi gratia, rigidioris
 propositi rhina nasceretur: mox tamen secessus, quem pendula rupes commendaba-
 bat, electus est, in quo annis pluribus solum & vere monachus vitā sine humanige-
 neris consorte transfigit. Dabat feras prosodalibus mōtana solitudo, mugitus vrsi,
 aliarūq; belluarū minax immurmuratio pro blandæ cōfabulationis communio-
 ne ponebatur: deniq; ea tempestate vrsus petulantior, gloria plus datus, caules
 ipsius puberibus folijs lētiiores, & quadam Domini hilaritate gestientes; immani
 ingrediens contritione vastauit, ita ut nusquā de simplici fruge spes residua linque-
 retur, quem ille baculo multatū destrictim abire præcipiens, testem virtutis suæ &
 nunc paſſionis ad alias ire bestias mox coēgit: vt impleretur Domini fidelis polli-
 citatio, que sectatoribus suis totius veneni & omnium ferarū promisit obsequium,
 rursus tamen gradienti ei per destinatū callem, rugiens se fera fuggesit, quam ille
 sola iuſſione turbatā, iter fecit aperire, & occupata via clauſtra deſerere. Sed ec-
 ceterum alis perniciibus per prodigionis suæ ordinem, Dei seruū in quo loco degeret
 fama vulgauit, aliud de ipso proſentientiarū varietate diuersis opinantibus. Tunc
 liquido patuit per occurſus multiplices, nihil obſtare cupientibus planari ardua, ſo-
 lidari, ſcissa, & pendentia non timeri, sed potioribus infidijs ne per arrogantiā hoſtis
 ſubrepereret, ſortieri confilio manus oppoſuit, ne jam grandævus perderet, quod inter
 tivocia virtute ſeruasset. acrius enim circa robustos diaboli certamē eſt, & maio-
 ribus copijs illos adgreditur, qui conſuditus eius experti roboris ſudore domuerūt. v-
 niuerſa tamen ſecum ipſe pertractans, breui animum ſuum allocutione firmauit.
 Quid agimus? mens adhuc mundanioris fasce depreſſa quam nondū ad aucto-
 rem ſuum corporeus career euomuit. Non tibi certa eſt de perfectione fiducia dum
 adhuc includeris fragilitate carnali? periculis plena ſunt, que videntur eſſe tu-
 tissima. Lenocinia hoſtis tui intelligis, dum vniuerſorum voce laudaris, vide
 quanti labores infidijs, abſconditum eſſe non licet, quod adimus. Latebram no-
 stram perſecutio manifestat hoſtilis. Sanctorum petamus exercitum & illam Li-
 rinensis inſule cohoret irriguo inquiramus ardore; quem ſolū haec tenus pulſauit
 aduerſarius, timebit inter inimicā ſibi multitudinē cōſtitutū inſtruēta prælijs ac-
 cesa illa ſemper inuigilat, & varijs perſoſſum iectibus abigit infeſtantem. Quot bella
 illi diabolus intulit, numerant tot triumphos, non metuunt (neſcio) quoties ad eſſe
 Satanam, vt dimicantes acuant, clafioſi fuerit ſtridente nunciatum. Semper
 eruditos & fortes reddidit quotidiana decertatio; quomodo prolixior pax ſolutos.
 Hu dictis diuifam fratribus cellularam, quos ibidem prædicti amor congregauerat
 apud Lirinum, improuiſus apparuit; nunciauit virum inſignium meritorum fa-
 cies ieunij pallore decorata. Nam dum ſecreti mitorem hominis ſplendidissima
 macies indicaret, non defuit actuum eius præco conſuetus, immaculatam conuer-
 ſationis ipſius ſpēiem, ſub verborū abundantia & relationis vberitate deſcribens.
 mixtus grandævus & præcipuis geſtorū ſuorū lampadem nō minori intellexit igne
 rutulare.

rutilare. metitus est somnis sui lucem dum vidit alieni. Quasi inter ornata celi, ut sidera pleno fulgore micantia superuenientis astri claritudo societur; certans sine inuidia geminare radios & per augmenta luminis speciem supereare nouitatis, alia prolixiori crine facem suam stella commendat, alia puriore & unam ditat, potior flamma nobilitat alteram per spacia nocturna sinceror. Sic Antonium nostrum per uniuersas locorum mutationes a Christo & eniens disciplina comitata est. prouidit tamen ne cui in illa nutrice sanctorum insula cum praestare meritis preferre videretur honoribus sciens in humilitatis radice plantatum ad centenos fructus assurgere. Blandus juvenibus, grauis maturis, doctus peritis, submissus existendo simplicibus, totam illam Dominici gregis legem distinctam actu, variatam gentibus quasi & unam animam in sua affectione collegit ibi biennio, seipso potior mundi istius sarcinam deponens, viator insularum quas antiqui serpentis parat astutia, diem nostrum & lucem presentis saeculi, perpetui luminis ademptione commutauit. Taceo qualiter vitam ipsius mortis claritudo signauerit: ne uniuersa digerens, non tam veritatem narrasse, quam praedicti laudibus videar immoratus. Veluti si quis consitum lucum frondium densitate repererit, ex quo coronam ferrostringente subripiens, genium filiae, dum presumit parua, non amouet. melioribus equidem de Antonij nostri factis, quae filio non attigi narranda seruauit. vincar forte eloquentie flumine, nemo me circa illum superabit affectu. Habeat qui secutus fuerit de penitie messe iactantiam, miligratiam beati hominis nemo præripet, qui ad explicanda eius bona primus accessit. Seculum quo vixit Baronius ostendit in VI. annali anno CCCC. LXXXVII. Quem Bauarie sanctis adieci, quod cum D. Seuerino Noricorum Apostolo in Norico aliquot annis puer adhuc vixerit, vt Eniodius docet, ac deinde Laureaci in prouincia Austriaca, olim Boicæ accensâ.






Qui venit ad turbam, purus licet ante probisq;
A turba peior scipius ille redit.
Quarennit ad sanctos, prauus licet ante malisq;
Scipius a sanctis sanctior ille reddit.

Ab socio mores, prauique probique trahuntur;
Te bonus esse bonum, vult malus esse malum.
Hoc, Lucillo, doces diuinum patris Achates,
Quia, vivendi lex tibi, vita, fuit.

C

B. LVCIL-



B. LVCILLVS

PRESBYTER BATAVIENSIS.

LHoc Boicæ Diuūmque decus nobis Eugippius immortale custodiuuit. Fuit Lucillus D. Seuerino familiaris, à quo missus ad Gibaldum Alamannorum regem magnam secum captiuorum copiam reduxit. Idem iusl us curare D. Seuerini funus, vt in historia eiusdem legisti post Sexennium à morte D. Seuerini, eiusdem tumulum curauit aperiri, vt inde in Italiam propter barbarorum quas prædixerat Seuerinus, irruptiones transferretur, sic enim Eugippius, *Tunc omnes incola tanquam de domo seruitutis Aegyptiæ, ita de quotidiana barbarie frequentissimæ de prædationis educti S. Seuerini oracula cognoverunt.* Cuius præcepti non immemor, venerabilis noster presbyter Lucillus dum uniuersi per comitem Pierium compellerentur exire, præmissa cum monachis vespere & psalmodia, sepulturæ locum imperat aperiri. Quo patefacto, tante nos suauitatis fragrantia omnes circumstantes accepit, vt prænumiogaudio atque admiratione prosterneremur in terram: deinde humaniter estimantes ossa funeris inuenire disuncta, nam annus sextus depositionis eius effluxerat, integrum corporis compaginem reperimus. Quo miraculo immensas gratias retulimus omnium conditori, quia cadaver sancti, in quo nulla aromata fuerunt condita cum barba pariter & capillis usque ad illud tempus permanisset illæsum. Linteaminibus igitur immutatis, in loculo, multo jam tempore ante præparato funis includitur, carpentum trahentibus equis mox euehitur, cunctis nobiscum provincialibus idem iter agentibus, qui oppidis super ripam Danubij relictis, per diuersas Italæ regiones varias suæ permigrationis sortiti sunt sedes. Sancti itaque corpusculum ad castellum nomine montem Feletem multis emensis regionibus apportatum est. Transiit & ipse S. Lucillus cum sancto pignore ad Feletem montem, in quo ad tumulum Seuerini mutus fari cœpit viuo adhuc Lucillo. Gasper Bruschius in Patauia de eodem in hæc verba tradit, *Circa hæc tempora Patauensi etiam vrbi aliquandiu* Brusch. in Pat. l. 2.
p. 46.

concionatus est Lucillus quidam vir pius & in doctrina Christi eruditus, qui S. Seuerini discipulus fuit & ab eodem ex Fabianensi cella una cum Maximo quadam (qui Salisburgi docuit) ad Banarie populos ab impijs Arianorum furoribus in viam veritatis reducendos missus, circa annum Domini CCCCLX. tandem Fabianensis designatus Episcopus post Martianum.

Diem etiam inquit Eugippius, quo transiturus esset idem beatus Seuerinus è corpore ante duos & amplius annos hac significatione monstrauit. Epiphaniorum

cccc. lxxx.
Eugippus in S. Seue-
rino. c. 45.

Cap. 45.

Iam hoc suprainclarum
refutatum.

28 DE S.LVCILLO PRESPITERO BATAVIENS.

die cum S. Lucillus presbyter abbatis sui S. Valentini Rætiarum quondam Episcopi diem depositionis annua solennitate in crastinum celebratus sollicitus immasset, idem famulus Dei ita respondit, si beatus Valentinus hæc tibi celebranda solemnia delegauit, ego quoque tibi in eodem die Vigilarum mearum studia obseruanda migraturus e corpore derelinquo. Ille his sermonibus tremefactus cum semagis, utpote homo decrepitus enixius commendaret, quasi primitus transiurus adiecit. Hoc erit sancte presbyter, quod audisti, nec enim Domini constitutum humana voluntate præterieret. Nec plura de hoc, quod sciam, cognoui. Sanctum ubique presbyterum nominat Eugippius, nec perinde ceteros sacerdotes hoc nomine afficere consuetus. Hunc in Batauiensium pontificum syllabo hunc Lucillum Fabianensem facit pontificem, qua fide, lector censeat; ego infulatum nusquam legi.



S. LVPVS

S. LVPVS RATISPON EPISCOPVS.



R. Sad. Senior f. 6

Cum quateret vicitor Mars Norica maria Boius,
Et fugerent Latij Boica pila duces;
Ac siueraret Bellona ferox, neque parceret ari's,
Sternoret et totas, ceu sata grande, vias,

Pro grege sollicitus defendit ouisla pastor,
Et Lupus aduersum constituit ore lupos.
Quam male s'ope homi's quadrunt mala nomina rebus!
Non lupus iste Lupus, pastor ouisq; fuit.

C 3

S. LVPVS

DE STUDIO ET MECANICO AYUTSIE MANU

ARMED FORCES COPIA

C 3 27112

S. LVPVS

RATISPOENSIUS EPISCOPVS.

SVNT qui D. Lupum pro Christo occubuisse tradant; sunt qui negent, sunt qui rem in medio relinquant. M. Velserus diligentissimus veri indagator. *Ante Boica tempora, inquit, quosdam sedisse non ambigam, et si memoria fere excidit, unius Lupi superat, sanctitatis fama posteritati commendati. Quem qui Zenone imperante a Theodone primo pietatis causa cœsum memorant, temporum rationem nullam habent. Neque ego exemplum, quo Boij in Christianorum sanguinem unquam sauerint, ullum proditum reperio. Absurdius errant qui Lupum hunc cum eo confundunt, qui Cethmarum Carantaniorum Principem Pipini etate in fide instituit. De Lupo porro apud veteres extat nihil, nisi quod*

*Tempus incertum.
Catal. Episc. Ratisp.
Avent. l. 3. p. 256.
Hund. l. 4. p. 212.
Vels. l. 4. p. 222.*

hic relatum.



S. EVSTASIVS

ABBAS LUXOVIENSIS,

BOIORVM ECCLESIASTES.

15CXXXVI. vel VII.
Ioannes Scotus, vita
auctor sp ad Bedam.
3. p. 243. edit. Colon.
anno 1612.
Sur. t. 2. 29. Mart.
Martyrol. Rom. IV.
Cal. April.
Vñard.
Beda. { eod. die.
Molanus.
Trishem. de viru.
Illustr. S. Ben. l. 3. c. 20.
Vincentius Spec. l. 23.
Petrus de Natal. l. 4.
c. 11. l. 9. c. 22.
Qui Euastachium vo-
cat & V. Idem Octobr.
Signat.
Vñion. lib. 3. p. 121.
29. Martij.



Vstasium nobis Burgundia submisit sexcentorum in Luxouensi primum cænobio religiosorum Patrem mirandis operibus illustrem, vt qui S. Burgundoforæ virginis Christo nuncupatae videndi facultatem, quam parentum suorum culpâ amiserat, restituerit; febrientes signo sacro curarit, aliaque vitæ sanctioris haud pauca effecerit, quæ viri sanctitatem affirmarent. Acceperat Boios ad Christiana sacra propensos, magnamque jam partem Christum professos. Excurrit ad eosdem, simulacra inferorum demolitur, numini superiusque tropæum erigit, Christianæ vitæ præcepta verbo factisque tradit, multos ab impio dæmonum cultu, ad veram conditoris vi- nius cognitionem traducit. Atq; vt facta verbi diuini sementis haberet cultores, certos disciplinæ sanctioris doctores Boiorum Ecclesijs præfecit, suumque ad monasterium reuisit; in quo impre- sis vitæ sanctissimæ vestigijs, post vicesimum demum annum ad cælitum quietem euocatus est. Nonum & vicesimum Martij illi voluit Ecclesia sacrum esse: cuius & nos memoriam grata mente semper prosequamur, vt in eiusdem Societatem eius depre- catu post vitam mortalem admittamus.



S. CON.

S. EVSTASIVS, ABBAS LUXOVIENSIS, BOIOR. ECCLESIASTES.



Si quis ades, circuus cui velant lumina noctes;
Si quis et infelix hemitritus ades;
Eustasij medicas ora singulibus artes,
Ille fugat febres, reddit et ille diem.

Hunc Mars formidat, refugitq; Dies piter ipse,
Et quicquid Lemurum flebilis Orcus habet.
Finibus è Boijs hic cedere numina iusit,
Iusque ceſſerunt numina; quantus hic est!

S. CON-

2. JULY 1919. 2. 20

ALLEGORICAL HISTORY OF THE COLONIES.

BY JAMES M. COOPER.

WITH ILLUSTRATIONS BY RICHARD BRUNN.

NEW YORK: THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

1890. PAPERBACK. 12 MO. \$1.00.

PRINTED IN U.S.A. BY THE ALLEN PRESS.

S. CONSTANTIVS

EPISCOPVS SABIONENSIS.

PAUCa de hoc apud Petrum Venetum, Auentinum & Hundium extant. Diuum nuncupant. Cur illum fasti sacri Brixentum præterierint, nec vlla in publicis sacris memoria dignentur, non assequor, cùm in syllabo Episcoporum Brixinenium sanctus vocetur, imò alter etiam Constantius addatur. Sanctus, inquit Hundius, Constantius & Preconius, alias Procopius, Sabionensi populo verbum Dei prædicarunt, eo tempore, quo D. Haymeranus Katifponensibus circa annum 645. Auent. in prædicto lib. fol. 276. Catalogus prædictus S. Constantio subiungit alium S. Constantium quartum in ordine & Praconium facit quintum. Petrus de Natalibus ex nescio quo Bartholomæo: Cui ingenuino Sanctus Constantinus succedit: Corpusque ipsius post multos annos Brixinam translatum est. Et S. Albumus Episcopus Briximensis die quo migrauerat scilicet Non. Febr. miraculis clarus eisdem associatur.

DC. XII.
Hund. Me. rov.
Cuen. l. 3. p. 276.
edit. Ingol.
Petrus de Natal. i.
Febr. l. 3. c. 85.
Ex Catalogo Brix. E-
piscop.
velletus lib. 5. p. 302.
Erratu p. post.
S. Caiusius,
S. Ingenuinus,
S. Constantius.



S. VITA-

S. VITALIS

PONTIFEX SALISBURGENSIS

SUCCESSOR S. RUPERTI.

DCXLVI. vel VII.
XIII. Cal. Nov.
Canisius tomus Antiqu.
lect.
Catalogus Episcop.
Salub.
Hund. Metrop.
Avent.
Velser.



Principe siderum astracetera splendorem mutuantur: à claris maioribus posteritas, à Doctoribus auditores: illud natura testatur; hoc usus, & antiquitatis memoria confirmant, quod promptum esset exemplis constabilire, si ratio scribendi hanc dissertationem admitteret. S. Vitalis loco omnium sit hoc loco, sanctissimi patris & magistri Rupertii germanissimus alumnus, popularis ac discipulus, qui mores sui doctoris ita induit, ut ab eius virtute non solum non degenerarit, sed eandem etiam exæquarit, nihilq; vel in pueritiae ætate, morum exemplo, innocentia, operum immortalium effectione concesserit. Non corporis tantum stipator ac comes peregrinationis, laborumque omnium socius, sed ipso Ruperto judice dignus, qui secundum à primo in Salisburgensem Pontificum numero locum obtineret, quique pedum ab ipso viuo Ruperto successor designatus acciperet. Loquuntur integravolumina viri sanctissimi, viui mortuique immortalia opera, benignitatem in egentes, clementiam in afflictos, temperantiam in vietu, modestiam in cultu, patientiam in aduersis, laborem in populis erudiendis, studium & ardore in idolis extirpandis, virtutem in summa & singulari etiam castimonia colenda: ex quo factum reor, ut ex castissimo eius jam sepulti pectore candidissimum lilium per ipsa se tumuli marmora & munimenta in lucem penetraret, præsumque integerimi virginem mentem corpisque ab omni impunitatis labore intactum mundo prodiderit. Id quod publicis consignatum tabulis extat posteritatis monumentum. Migravit ad beatorum sedes anno Christi 1051. vel 11. (neque enim conuenit scriptoribus in obitus anno) cum pontificiam dignitatem annos 1111. sanctissime administrasset. Epigraphic in eius tumba adædem D. Petri, vbi pius olim egit abbatem, hæc legitur:

Præful Vitalis cubat hic agrisque medetur.

S. NOIT.

S. VITALIS PONT. SALISBURG. SUCCESSOR S. RUPERTI.




R. Sadeler. 1588.

Rumpere qui fragilis potuit stirps marmoris urna?
Lilia non posunt, quod Caprifice potes?
O felix tumulus cuius de funere surgunt
Flores, qui casti signa pudoris habent.

Non rosa tincta placet, Veneris quam purpura pinxit,
Non flos quem Pueri crescere iussi amor,
Sed qui pontificis sancto de puluore natus
Ostendit cincras viuere pontificum.

D S. NOIT-



S. NOITBURGA

B. PLECTRUDIS BOIARIAE PRINCIPIS

ET PIPINI HERESTALLIE.

MEndum apud Cratepolium & Canisium est in B. Noitburgæ seu Noitburgis vitæ breuiario, cùm dicatur Pipini regis filia. Non fuit Pipini regis, sed Pipini, qui fuit filius Ansigisi seu Anchisi seu Angelisi Austrasiæ Principis, quem Crassum appellant & Heristallū pfectum prætorio seu Palatinum, Ducem Austræ seu Austrasiæ Maiorem Domus, patrem Martelli, avum Pipini regis, proauum Caroli M. Hic ergo ex B. Plectrude Boiorum principe suscepit B. Noitburgam, quamuis nulla in annalibus Francorum de ea mentio. sed plerunque silentio premuntur regiæ virgines innuptæ aut improles. Pipinus iste Ansigisi filius, pater D. Noitburgæ à Meyero Annal. Belg. appellatur Pipinus Crassus, amplissimo inter Belgas genere ortus. Vxores duas habuisse traditur, primo Bertham dein Plectrudem. Sed Bertha Pipini nepotis vxor fuit, Plectrudis vera & justa coniunx. Alpæ pellex, Martelli mater. Hadrianus Barlandus in Chronicis Brabantiae rem disertiùs explanat, Matri, inquit, Beggæ Pipinus succedit, huius nominis secundus & Dux Brabantie, tertius, qui Herstalli agnomen accepit ab Herstallo, qui locus inter Leodium & Isebatum & Traiectum, ubi ad Mosam flumen idem Pipinus arcem extruxerat, in quam frequenter, credo, loci captus amoenitate se recipere solebat. Progenitoribus est hic ortus sanctissimus, ut præterea alios, matrem habuit Beggam Diuæ Gertrudis sororem. Plectrudis mulier vita sanctimonia insignis, huic vxor datur. Matrimonij vinculo sic juncti ac velut concatenati bonorum omnium radu concordie nihil præferendum existimantes, omnia sic egerunt, ut pax inter eos & tranquillitas esset. Hanc pacem id boni sequutum, ut ex eo coniugio digna parente sit edita proles: filii tres Drogo & Grimoaldus, qui cum Christi esset fortis assertor Dei, postea Leodij martyrium adjit ob Christi fidem, ibi sepultus in æde D. Iacobosacra. Filius tertius fuit Siluinus vir pientissimus, qui & ipse Sancti appellationem meruit. Filia Noitburgis vocata est. Sepulchro illata Colonia, miraculis claruit, quæ res vita innocenter aetate euidens est indicum. Omnia ex coniuge Plectrude liberorum funera vidit Pipinus. Sed ex M. S. Surius huius acta compendio in hac verbadenarrat, Fuit apud Franco-
rum gentem Pipinus Ansigisi Ducis filius equitum magister, siue, ut tum diceba-

D 2

*Anno Christi.
1300. 30. Octobr.
Hadri. Barland. 113
Belg. p. 5.*

*Canisius } Martyrol.
Molan. }*

*Cratepol.
Sur. 31. 08. b.
Erbard. VVenhemi-
us pag 305. in Sacra-
ru. Agrippina.
Annal. Frane. 214.
Fred. gar. t. 97.
Ergm. Majorum Do-
mum. p. 227
Geneal. D. Arnat.
phi. p. 220.
Vita Carols M. p. 235.*

cur, Maior Domus. In matrimonio habuit feminam nobilissimam Plectrudem, ex qua suscepit duos filios Drogonem, quem Campanis ducem dedit, & Grimoaldum quem regiae aulae prefecit, ut is quoque ea causa Maior domus sit appellatus. Cum autem animum ad Alpaidem pellitatem adiecisset Pipinus, Plectrudis eus legitima coniunx cum multis opibus Colonia Agrippinam se contulit, atq; illic in honorem sanctissime matris Dei insigne virginum monasterium condidit, idemque amplissimis muneribus auxit & dotauit, cum nepte sua Noitburge virginе religiose & pie viuens. Nam quidem virginem Noitburgem cum illa Sancte institueret & educaret, filij eius Drego & Grimoaldus volebant puellā cuidā nobili despondere, nisi morte impediti essent: alter quidem febre abreptus, alter à Rangario quadam apud aram S. Lambertiorans, crudeliter imperfectus. Sed quod illi facere non poterant, cognati virginis exequi constituerunt. Id vero ubi illa apud materteram suam Plectrudem degens percepit, prorsus abnuit, mortalesq; sponsos omnes fastidiens, totam se ad deprecandum Dominum contulit, confidensque sermonem
Ioan. 14.
 eius, quo ait, Quodcumque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam, obnoxie illum rogauit, ut prius ipsam e vita tolleret, quam sineret vim a cognatis perpeti. Magna sane & eximia virtus in tam delicata & nobili puerula, ut florente etate, Christo immortali sposo, cuius ardebat amore, regnum mundi & omnem eius ornatum atque oblectamenta longe post haberet, Christusque ei vita esset, & mori lucrum. Nec desuit Christus deprecanti, qui nunquam deserit sperantes in se: sed incontaminatam atque sanctissimam animam eius ex huius vita laboribus & angustijs ad se in suum regnum celeriter euocauit. Porro ipsum etiam exanime corpus cohonestauit insigne miraculo, duobus luminaribus, altero ad caput, altero ad pedes eius diuinis ardentibus: fortassis significare volens, quam illa fuisse intellexit excellenter illuminato, & affectu repurgato. Solet enim in diuinis literis per caput, intellectus, per pedes affectus accipi. Ad tam diuinum autem & inusitatum spectaculum populus frequens vnde accurrit & plerique eius materterae illud indicabant. Ea vero cum suis aduolat videre cupient tantum miraculum, & latatur quidem singulari Dei beneficio, sed non minus dolet tam repentina sancte ac Deo dilecta virginis decessu. Manant ab oculis lachrymæ, rebus plane contrarijs, gaudio & merore eas exprimentibus. Accedebat certe nouus hic dolor ad superiores eius calamitates & varijsque afflictiones, orbitatem mariti Pipini & duorum filiorum Drogonis & Grimoaldi. Vnicum solarium in Noitburge relictum videbatur, quod cum illa extincta pariter ablatum est. Sed probabat eam Dominus, ut solet electos suos. Porro autem Colonenses ciues diuulgato eo quod diximus, luminarium miraculo, ita ut par erat, sacrum virginis corpus honorabant vigilijs, precibus & accendendis luminibus. Cumque ad templum deportaretur, magna accepta

accepit populi frequentia, congruis & debitiss officijs illud prosequens, ut opportuna eius suffragia impetraret.

Accidit tunc res admiratione dignissima. Cum enim inter sacri funeris exequias alterius defuncti cadaver in templum inferretur, & juxta eius fere trum deponeretur, ut præclara virginis merita elucerent, ad vitam defunctus ille redijt, palam affirmans se sanctæ Notburgæ meritis & precibus a mortuis excitatum. Quæ res omnibus non immerito summæ admirationi fuit, coegeritq; eos laudare præpotentem Deum, qui est mirabilis in sanctis suis. Celebratis funerariis exequijs in B. Petri Apostoli Ecclesia, coram summo altari corpus humatum est. Crebrescentibus inde ad tumulum eius miraculis, tam celebre nomen eius effectum est, ut illa Ecclesia S. Notburgis à Coloniensibus diceretur. Flo-
ravit sacra virgo anno Christi plus minus septingentesimo. Postea autem vir-
gineum corpus eius translatum est in Carithiam Confluentiam, ubi hodieque re-
uerenter asservatur in laudem & gloriam Christi sponsi virginum & virginis
filii. Quiccum patre & spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

Atque hæc ex M. S. Surius in quo obseruandis discrepare aliorum sententias in hoc, quod Notburgam affirment non nep-
tem Plectrudis hoc est sororis filiam, sed ipsius Plectrudis & Pipini Herestalli sobolem. Ita Canisius, colonia, inquit, ad Rhenum memo-
ria defunctæ virginis Notburgæ filie Pipini regis Francorum primi, cuius mater
Plectrudis Capitolium seu regiam Principum Agrippinæ vertit in eadem vir-
ginis. Ad testandam huius virginis sanctimoniam, ad funus illius duo lumi-
na repente comparuere, alterum ad caput, ad pedes alterum. Quiescit nunc in
monte S. Beati haud procul Confluentia apud S. Brunonis Sodales. Non fu-
it, ut dixi, Pipini primi regis Francorum filia, sed Pipini aui regis Pi-
pini. Barlandus quoque filiam non neptem Plectrudis affirmat.
Molanus in Sanctis Belgij à Barlando dissentit, vbi ait, Hæc inter
Belgicas sanctas celebranda esset, si verè eam Barlandus nominaret
filiam Pipini Herestalli Brabantiae Ducis ex Plectrude. Sed pro-
priæ Ecclesiæ quæ natalem eius celebrant, affirmant clariisse Coloniæ in monasterio B. Mariæ, quod Plectrudis non mater, sed ma-
tertera construxit. Est & alia Notburga Tirolensis de qua in ter-
tio volumine. Nobis hæc Coloniensis, à Plectrude Boiariæ princi-
pe nata, matris nomine venit in Bauariæ sanctæ Album. Nunc
à sancta filia seu nepte veniam us ad Matrem san-

ctam, siue illa Matertera fuit.

B. PLECTRVDIS

PIPINI HERISTALLI CONIVX RELIGIOSISSIMA,
BAVARIAE, AVSTRASIAE, SEV MEDIO-
MATRICVM PRINCEPS.

12CC. XVII.

*Hac jam obliterata
est ab ipsam venusta-
tem.*


Masson, p. 82.

Anno 713.



Llustribus encomiorum laudibus colitur ab antiquis
scriptoribus memoria Plectrudis. Aimoinus Nobi-
lissimam & sapientissimam appellat foemina; san-
ctam, felicem, gloriosam, illustrem deuotam Marcelli-
nus seu quisquis est auctoritatem S. Sviberti recenti-
or. Batauis Boiorum in summâ æde visitur imago Plectrudis cum
hac inscriptione, ut est apud Schritouinum, *Plectrudis Regina à de-
tris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Plectrudem seu no-
strate ore Blutraud, Blutrudem Grimoaldo Bauariæ & Campaniæ
Duce (quem & regem dictum lego) natam tradunt Schrotouin-
nus, Bruschius, Hundius Catal. Episc. Ratisp. in S. Emmerammo.
In diplomate Pipini, Hugiberti, non Grimoaldi filia laudatur,
Marcellinus Austrasiorum seu Lotharingiæ principem nominat.
Boiam fuisse inquit Velserus, nihil impedit, ut alterius tituli digni-
tas à marito (qui regulus fuit Austrasiorum) fluxerit. Fuit ergo
Bauara stirpe, Lotharinga per matrimonium. Nupta Pipino He-
ristallo à quo Carolus M. descendit. Pipinus is præfectus palatio
regum fuit Francorum, & Dux Lotharingiæ seu Austrasiorum, qui
ex Plectrude geminos suscepit liberos, Dragonem Ducem Campaniæ, sed is brevis æui fuit: & Grimoaldum, præfectū postea palatio
Childeberti rege Francorum, Pipino summa auctoritate regnum
Francorum pro rege administrante. Grimoaldus Dagoberto re-
gnante, filio Childeberti, in Eburonibus ad Mosam flumen à Ran-
gario cum supplex ad cineres S. Lâberti procumberet, inter vota &
preces cæsus est. Locum eius & honorem præfecturæ Palatiū dum
Pipinus vixit, filius Grimoaldi, nepos Pipini ex Plectrude tenuit.
Theobaldus quamvis admodum adolescens, tamen à morte aui,
loco pulsus est. Pipinus foedum facinus admisit cum Alpaidem
pellicem in violandi tori commercium admisit, & à Plectrude ab-
noctauit, imo omnino diuertit, quando Plectrudis vera sanctaque
coniux ab illo secessit, & Coloniam se contulit, ubi in palatiū arce
quam

B. PLECTRVDIS.



Atria S. Bataui, omnis quæ morgitur istro,
Atria quæ Stephani sexa, necm q. dolent,
Quæ nostrum te dante, Deus, tibi condidit aurum,
Redimus ergo tibi de tua, Christe, tuis.

Quo sacerduni mulier, et stabunt atria seclis,
Longa dies solvet, totaq pueris erunt.
SI QVA DEI PIETAS MORTALIA PECTORA CEPIT;
VIVIT ET EST EXTRA FATA, NEC ASTRA TIMET.

D 4

quam

DE STREGLANDI

B. SITOTRADIS



quam Capitolium hodiéque vocant, habitauit, in cœnobiū postea
sacrarum virginum ab illa versā. Multa præclara & illustria de Ple-
ctrude scripsit auctorit̄ vītē S. Suuiberti (quæ vulgo Marcellino pres-
bytero viro sancto falso adscribitur) quamuis alicubi mendoſæ sed
hic veræ, quæ de Plectrude narrātur, neq; enim refutari possunt. De
Marcellino seu pseudo Marcellino, auctore vitæ S. Suuiberti copio-
fissimè Iac. Gretserus in SS. Eystetensib. p. 191. vsq; ad p. 198. dispu-
tat, quæ nihil ad nos cū in nostris nihil falsi appareat. Tandem inquit,
angelica reuelatione admonitus præcipitur ire Coloniam Agrippinā ad Pipinū Du-
cem & Plectrudem eius coniugē, qui ei aptum locū p̄manendi cum suis presbyte-
riis & clericis ac nonnullis Christianis per squalida & deuia loca in magno discrimi-
ne ferociū Saxonū Coloniam vñq; Deo comitante & dirigente vias suas peruenit.
Erat autē eo tempore serenissimus Pipinus Dux habitans in Ioppilia cum Alpaidē
pellice sua, Plectrudis vero dux eximia & deuota princeps moram traxit Colonia
Agrippina in Palatio Ducum Agrippinensium & Lotharingorum, quod per eam
mutatum & consecratum est in claustrum sanctimonialium, intitulatūq; Eccle-
siagloriosa Virginis Marie ad Capitolium. Cūque ea audiisset, aduentum S.
Suuiberti, magnifici præfatus, gauisa est gaudio magno. Audierat enim multoties à
pluribus celeberrimā ipsius opinionē, depositoq; fastu regalis excellentiæ ipsum cum
venerabili patre Annone archiep. Colon, honorifice & deuote recepit. secūm q; a-
liquot diebus detinuit, ac miro super cum humilitatis affectu coluit, vt ab eo secre-
tiorib; colloquiis salutis verba mereretur audire. Eodē tempore quidā illustris Pa-
latinus Geraldus nomine, veniens Coloniam missus per Pipinū ab Herstallo suo siue
Ioppilia ad Plectrudē cū decenti militia, statim propter boreale rigidū ventum in-
cidit in graue morbum inflationis gutturis, id q; adeo vt à nullo medicorum posset ei
subueniri: quia nullā potionem recipere vel deglutire valuit. Cūq; omnes lamen-
tarentur illum desperantes de vita ipsius, Plectrudis memor virtutē S. Suuiberti
Episcopi deuotissime petuit ab eo, vt amore Iesū Christi dignaretur visitare nobilem
Palatinum jam agonizantē & ipsum Pontificali sua benedictione sanctificare,
ac pro eo coram omnipotenti Deo intercedere. Sanctus vero Suuibertus, vt erat
columbinæ simplicitatis & pudicæ nature humiliter cum beato Villeco suo pres-
bytero & discissa ipsum antecedens, pramissa deuota oratione, cūm signasset gut-
tur eius, mox apostema illud diruptum omnibus cernentibus crepuit. & horribi-
liter per narēs & per os effluxit tabes, & venenosa putredo. Et sic expulsis illis
noxijs humorib; statim sanatus fuit. De quo omnes magnificè Deum lauda-
bant, qui meritis sui dilecti antistititis talia operari dignatus est. Erat autem in
eodem prædio cocūs quidam qui obcessus à diabolom ultum vexabatur quotidie
ab eo: qui ad instantiam aulicorum visitatus à S. Suuiberto mox à gravi jugo
diaboli liberatus fuit. Et deinceps omnes venerabantur S. Suuibertum vt
virum & Episcopum sanctum videntes gratiam D̄E in ipso. Igitur
felix

Sur. 10. 2. p. 22.
& 23.

felix Plectrudis religiosa ducissa videns S. Suuibertum internae mentis feruore ad
 cælestia suspirare, licet sublimata culmine terreni principatus esset & secum mul-
 tots egregios prædicatores haberet, tamen specialiter de cælesti inquisitione a s.
 Suiberto viro Dei ædificari cupiebat. Qui cum eam de futuri regni beatitu-
 dine, de judicij metu & spe eternitatis familiari colloquio præmoneret, illa eum
 libenter audiebat. Verum æstimari non potest, quanto principis illius animus
 exultarit gaudio, quod tanti viri præsentia gaudere, benedictione foueri, colloca-
 tione mea uisset ædificari. Et ne ingrata illis beneficijs videretur, consensu &
 admissione venerabilis patris Annonis Archiepiscopi Coloniæ direxit S. Suuibertum
 Episcopum cum præfato Geraldino nobili Palatino de Ardenna sanato a peste
 angina per eundem S. Suuibertum, cum literis commendatutis ad illustrem Pipi-
 num principem, petens & postulans obnixe, ut viro Dei Suiberto donaret vi-
 cum VVerdam in insula siue littore Rheni, ut gentili Saxonico populo, illic cum su-
 is prodeesse, & præesse posset. Pipinus verò senex prouætæ & etatis, honorifice
 sanctum suscipiens Suuibertum cum suis aliquanto tempore secum detinuit, ut
 verba vita ab eo audiret, eò quod pridem à plerisque multa laude digna audie-
 rat. Tandem ut hilaris dator sitiens & stuanter conuerzionem gentilium, vo-
 lensque cultum diuinum augmentare, ex regali munificentia benignè eundem
 vicum ei propter profectum & firmamentum suorum principatum donauit, ad-
 dens & offerens ex copioso thesauro suo aurum & argentum multum nimis, qui-
 bus Ecclesiam siue monasterium ibid, ad honorem Dei ædificaret & populum bar-
 baricum, fidei Christi prorsus ignarum verbo vite reficeret. Itaque vale dicto
 cum nimia deuotione & gratiarum actione Pipino principi sanctus & benedictus
 Suuibertus rediit Coloniam ad S. Plectrudem, cuius potentia & industria cum
 multis laboratoribus & cementarijs VVerdam veniens, caput statim prope Khe-
 num fundare monasterium in honore gloriose Virginis Mariae, ibique cum quan-
 ta humilitate, deuotione & reuerentia rudi gentili populo euangelizauerit fidem
 Christi & præcipue cum quanta puritate mentis & corporis & timore missas ce-
 lebrauerit ac diuina peregerit, difficulter poscit explicari. Misit dein Plectrudis
 eundem Suuibertum cum Agilulpho Coloniensi Archiepiscopo
 ad Pipinum: quam legationem Marcellinus his verbis exponit: *Cum
 jam in monasterio VVerdensi, quod opera Plectrudis ædificarat, vita cælesti
 statutio quotidianum sumeret incrementum, contigit anno ab incarnatione Domini
 septingentesimo decimo quarto, Pipinū de Herestallo strenuū principem & Man-
 rem domus Francorum, dolente super innocentē morte sanctissimi Lamberti lun-
 grensis Episcopi ad mortē agrotare. Accersitusque S. Suuibertus egregius pontifex
 ad visitandum eum per nobiles viros, perrexit prius cum VVileico & Theodorico
 discipulis suis Coloniam ad Plectrudem illustrem ducissam Lotharingie siue Au-
 strasiorum, consilium ab ea expetens quidnam facere deberent. Que cum re-
 ligiose suscipiens & tractans tandem retento Coloniae pio Vuilleco presbytero.*
 Suuiberti

Suuiberti apud sē causā deuotionis & consolationis Cerat enim felix VVilleicus e-
uangelicus (sacerdos) misit S. Suuibertum & Agilolphū Coloniens. Archiep. cum
plerisque alijs praeclaris ad Pipinam Principem coniugem eius, ad informandum
eum, siobiret, ne illustres legitimos suos filios Drogonem Ducem Campanie, Gri-
moldum Maiorem domus Childerti regis Francie ex hæredet, hæredem scribendo
Catolum Martellum illegitimum ex Alpaide pellice genitum, in detrimentum
& damnationem animæ suæ & in confusionem sui & totius Ecclesiæ atque
in scandalum suorum primatum & subditorum: & quia Sanctus Lambertus
Episcopus eundem Pipinum de illico connubio Alpaidis increpauerat, martyri-
um subiit. Venientes igitur præfati pontifices loppiliam ad agrotantē principem
Pipinum benignè ab eo suscepisti sunt. Qui ipsum consolantes & ad tolerantiam
aduersitatū temporalium & infirmitatum corporalium confortantes, aiebant quod
Deus electis suis iter asperum facit: ne dum delectarentur in via, obliuiscerentur
eorum, quæ sunt in patria. Tandem naecto opportuno tempore & congruo, inter cæ-
terā pro salute & remedio animæ suæ, causam, pro qua venerant, ei deuotè & sa-
lubriter pontifices exponentes, & de illico matrimonio increpantes, statim cū indi-
gnatione repulsa patiebantur. Alpais vero legationem SS. pontificum scicitans
& compriens, irata valde pontifices abire celeriter præcepit & ipsa interpellans
importune pro Carolo Martello filio suo apud Pipinum impetravit cuncta, pro eo-
dem filio suo quæ petierat. Pipinus vero eodem anno moriens eundem Carolum
Martellum suorum principatum reliquit hæredem. Quod cernentes præfati
pontifices inglorij & tristis Coloniā redierunt, enarrantes præclare Plectrudi
omnia, quæ gesta erant in loppilia à Pipino consolantes eam, & ad tolerantiam pa-
tientie animantes. Porro VVilleicus, qui interī Coloniæ apud Plectrudem
remanserat, patrabat miracula ut narrat idē auctor. Eodem enim
inquit, tempore quo præfati pontifices sacri ad Pipinum agrotantē legatione fun-
gebantur & ipse venerabilis pater VVilleicus ad instantiam gloriose & deuotæ Ple-
ctrudis Coloniæ manebat, agrotabat quidā primarius Coloniensis, Gotebaldus no-
mine acerrima ægritudine pressus, ita ut deficiente penitus omniū membrorū offi-
cia jam mortuus esse videretur cui jam funebria justa præparata erant, & locu-
lus in quo defunctus condi deberet. Maria vero coniux eius precibus & lacrymis
interpellans gloriosā principe Plectrudem, impetravit, ut infirmus à beato VVilleico
presbytero S. Suuiberti visitari deberet. Credidit vero quod bonus discipulus à
bono magistro educatus, si intraret domū eius, oraturus pro eo manumq. imponeret
illi atq. benedicret, statim melius haberet. Intrauit ergo S. VVilleicus cū deuota
familia felicis Plectrudis domū agroti, post diuinorū celebrationē vidensq. eū mā-
stis omnibus, jam morti proximum, ac loculum ante cubiculum in quo speliendus
poni deberet, prosternens se in oratione, cū orasset diu eū lacrymis surgens dixit,
Domine Iesu Christe clementissime Deus, qui dixisti discipulis tuis super agros manus imponeret,
& bene habebunt, ostende hic pietatem tuā & cura infirmū hunc
potentia tua virtute, ut nomen sanctum tuum benedictū in secula magnificetur ab
omnibus.

omnibus. Cumque hæc dixisset, imponens manum suam super caput, benedicens eum ter, continuo surrexit & veterno infirmitatis discuso induit se ipse vestimenti sui. Egressusque cubiculum cum sancto VVilleico, iussit mensam preparari, cibos apponi & coniuium instrui, quia delectaretur cum s. VVilleico manducare & bibere. Cum vero omnes multum gauderent, de sofitate illius s. VVilleicus cum gratiarum actione devote orationibus incubuit, donec potius rapta quam vocatus inter eos resedisset. Gotebaldus vero prope s. VVilleicum assidens vescabatur, bibebat, latabaturque quasi unus e coniuis ac gratias agebat, & multis post vixit annis. Plectrudis vero religiosa domina hæc audiens maximo deinceps s. VVilleicum habuit in honore, Deum qui mirabilia magna solus facit collaudans. Praesuit autem s. VVilleicus monasterio VVerdensi annis decem, post decepsum sanctissimi praefulsi Suuiberti & mortuus est anno Dominicæ incarnationis septingentesimo vicefimo septimo, VI. Nonas Martij. Ad cuius sepulchrum ad indicium virtutis illius solent exsbra sanitatum miracula fieri.

Intervit Plectrudis exequijs s. Suuiberti, vt & sanctus VVillibrordus & VVilleicus, qui in præfectura VVerdensi successit, Defuncto Pipino marito Carolum ex Alpaide natum Plectrudis Coloniæ in custodia tenuit, ex qua clapsus auitos honores patris indeptus ingentiâque bella nomine regum Francorum, factis ipsorum, regio nomine Francis permisso, geslit. Plectrudis Coloniæ felix obiit in Capitolio Virginum veluti suo mausoleo condita; de qua hæc Bruschius in Brunone Batauorum apud Boios Episcopo, Habuit beneficam honestissimam dominam Plectruden vel rectius & germanissimam proximius & luttraudam magnificam Francorum reginam Pipini Grossi reputatam coniugem, Grimoaldi Bauarorum & Campanie regis filiam, que in civitate Patauiensi summam s. Stephani protomartyris basilicam sua munificentia & erexit, & dotavit liberalissime, ut eiusdem templi monumenta & inscriptio-nes et si obliterate nunc & pene illegibiles attestantur. Hæc gloria Domina Plectrudis Bosonem & Grimoaldum magnificos principes gentium, Bosonem Campania Ducem & Grimoaldum Galliarum regulum. Hæc ipsa Colonia in Capitolio basilica insigni pro Deo dicatis in Virginis Matris honorem a se condita sub insigni marmore cubat, cui hi duo versiculi incisi leguntur:

Legali halamo Plectrudis juncta Pipino
Bosonem genuit magnumque Ducem Grimoaldum.

De anno obitus eius nihil certi habeo dicere, nisi quod anno 1000. xvi. adhuc vixerit, cum exequijs s. Suuiberti interfuerit, qui sub annum 1000. xvii. Calend. Martij die veneris hora xi. vita excessit. Sic enim Marcellinus, Igitur die Dominica expletis deuotè & solenniter exequijs in eodem monasterio VVerdensi in quo degens Christofer-

Non fuit regina.

Drogo regis.

Sur. T. 26 p. 27.

uenter & feliciter seruierat honore cordigno cum hymnis & laudibus deuotè & reuerenter sepeliebatur per sanctum Villebrordum archiepiscop. Traiectensem & sanctum Villeicum presbyterum & gloriosam Plectrudem Austrasiorum principissam, ceterosque fratres & discipulos suos. Et ibidem paullò antè, defunctus est autem sanctissimus Suuibertus Verdensis Episcopus anno etatis sua sexagesimo nono Calend. Martij feria sexta hora duodecima, qua hora Salvator mundi morte sua nos vivificans, januam regni caelstis reseruauit, qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Obiisse autem Suuibertum anno 10cc. xvii. ex eo disco, quod Marcellinus Villeicum presbyterum decem annis post mortem Suuiberti vixisse & anno 10cc. xxvii. diem ultimum clausisse affirmet. Verba auctoris sunt, Profectus autem S. Villeicus monasterio Verdensi annis decem post decessum sanctissimi praesulis Suuiberti & mortuus est anno Dominicæ incarnationis 10CCXXVII. VI.

Nonas Martij. detrahe X. ab XVI. relinquentur 10CCXVII.



E

B. FLOBAR-

50 DE B. FLOBARGISO EPISC. SALISBURGENSI.

B. FLOBARGISVS

EPISCOPVS SALISBURGENSIS IV.

19CCXXI.
Canis. Antiq. Lect.
tom. 6. p. 2224. in
catalogo Episcop. Sa-
lzburg.
Hundime metrop. p. 2
Ivan. Baumans Chron.
Salmb.



Ic in Catalogo Episcoporum & Archiepiscoporum Salisburgenium honoratur titulo Sancti, sed quibus nominibus in censem sanctorum venerithaud scio. nihil in monumentis Salisburgenibus & chartis M. SS. reperio, nisi quod apud S. Petrum Salisburgi cœnobiam egerit. Quinque numerantur abbates S. Petri, qui sine initiatione Salisburgensem rexerunt Ecclesiam, ut est in syllabo: Antologus, Sauolus, Ezzius, Bertricus, Ammilon. Flo-
bargitus & cœnobij præses & Episco-
pus appellatur.



S. LVL

S. LVLLVS

ABBAS PRIMVS ILMONASTERIENSIS.

Beatvs Lullus presbyter cum S. Virgilio Episcopo Salisburgensi venit in Boicam, & ad Ilmum amnem, sacram sacris viris domicilium posuit, quod postea bona pontificis venia Monachium cum S. Arsacio est translatum, vbi hodie florentissimum Canonicorum est collegium, quibus illustriss. & reuerendiss. Dn. Franciscus Guilielmus Comes VVartenbergicus Serenissimi Ferdinandi Boiorum Principis Filius cum Reuerendo & Clarissimo Domino Iacobo Golla Decano est Præpositus. De B. Lullo hæc Thadæus Cœnobiarcha Reginoburgicus : *Ceterum, eorum socius videlicet beatus Lullus apud Illmunster glorioſis operibus int̄ epidus per-* mansit. Nec de hoc plura cognoui.

*Sub anno Christi.
1300. XXX.
Henricus Canisius
tom. 4. ani. lect.
p. 474.
Ex Thadæo Abbatte
Sætorum Ratiff.
fragm. chronicon de
ss. Kiliano Virgilio,
Lullo.
Ioannes Neuhauser
primus Præpositus
Monaci 1495.*



E 2

B. VDAL

B. VDALRICVS

EPISGOPVS LAVSANENSIS.

VCC. XXXII.

Tabula Andechsen-
ser. Stumpfim l. s.
p. 270.
Sangallenfis.
Bruschius.

Natus traditur ex Hildebrando dynasta Andechsensi (quem alij Sueuum faciunt) & Regarda principi Boiorum matre Hildegardis Augustae Caroli M. vxoris tertio loco duxta, & Adelindis. Vdalricum hunc Lausanæ fuisse pontificem tabulæ Andechsenses & Stumpfius testantur. Stumpfius hunc syllabum Episcoporum Lausanensium ex ipsis monumentis Lausanensis Ecclesiæ contexit, docetque primum ex Auenticorum episcopatu natum esse Lausanensem, primumque Lausanenum & ultimum Auenticorum fuisse Marium. anno 581. cœpisse, anno 601. desisse. Huic Lausanæ successisse Manerium, Egelofsum, Ericium, & tempore Caroli M. nostrum Vdalricum Andechsensem. B. Bonifacium Episcopum Lausanensem Molanus in Natalibus SS. Belgij refert xix. Febr. Insignia eius episcopatus videbis apud Stumpfium ibid. Sangallensis in vita Caroli M. hæc de illo, *Ex certis autem causis quibusdam plurima tribuit, ut ipote Vdalrico fratri magna Hildegardæ genitrici regum & imperatorum. de quo, cum post obitum ipsius Hildegardæ pro quodam commissione a Carolo viduaretur honoribus, quidam scurra in auribus misericordissimi Karoli proclamauit. Nunc habet Vdalricus honores perditos in Oriente & Occidente defuncta sua sorore. Ad quæ verba illacrimatus ille pristinos honores statim fecit illi restituui. Facit huius Vdalrici mentionem Bruschius in stemmate Hildegardis Caroli M. vxoris. Hildebrandus, inquit, illi ducta uxore Regarda Bauara excepit ex ea.*

D. Hildegardin anno 732.
in arce Andecensi ipsa die S.
Sabina uxorem Caroli M.
&c. fundatricem Monaste-
rij Campidonensis.

D. Adelindin natæ in arce
Andechs desponsatam Do-
mino Ottoni Comiti Tra-
gendino & Caldariensi fun-
datricem amplissimi Cano-
nissarum Collegij Bucham-
giensis prope Liberacum sita.

D. Vdalricum gemellum
cum D. Hildegarde eodem
die natum, qui Episcopus
Lausanæ designatus legitur.
De hoc Sangallenfis in Ca-
rolo M. & Münsteru in
Campidona, Crufius in Sut-
ticiis.

S. SEBAL-

S. SEBALDV PEREGRINVS.



VL SOLIS, cùm per medium volat aurous orbem,
Abs teto latum cernitur orbis nubis,
Inclita sic virtus celsa de stirpe resplendens
Exempli populos, totaq; regna trahit.

Regia progenies sociataq; regia viribus
Spaserunt laudes, Deo Sebaldo, tuas.
Fugisti thalamos, fugientem fama secura es,
In thalamis tecum fama segula foret.

E 3

S. SEBAL-

DE L'ISANDE TERRA CAVINA.

SIRIUS HERCULANA



Etiam hinc modum sicutusque sicutus
Hoc est enim quod dicitur deus
Hoc est enim quod dicitur deus
Hoc est enim quod dicitur deus

E 2 SECVI

S. SEBALDVS

PER EGRINVS.

Sebaldum alij Dacum natione, alij Danum, alij vel Britan-
num vel Hibernum vel Scotum faciunt, adeo plerique
scriptorum diuinant potius quam narrant. Regio satu-
reditum omnes fere consensu tradunt, nec interim quis
quam vel parentes exprimit vel eius maiores, quod simplicitas æui
minus ad hæc attenderet, aut vetustas temporum, quæ omnia con-
sumit, etiam nomina delerit. Danum non fuisse ratio temporum
ostendit, cum longè post Dania sub leges Christi concederit. De
annis non satis constat, Martello Franciae principe & Pipino rege
patre Caroli M. vixisse autemant. Lambertus Schafnaburgensis
anno 1072. hæc de Sebaldo, Clara & celebris valde his temporibus per Gal-
bias erat memoria S. Sebaldi in Nurnberg & S. Hemerad in Hasengou, & ma-
gnopopolorum concursu quotidie frequentabantur, propter opitulationes, que di-
uinitus illic languentibus se penumero conferebantur. Enimuero hæc à
morte S. Sebaldi eueniisse ad eius cineres certum est, ut non repu-
gnet superioribus, illum prioribus annis vixisse. Recitat eadem
verba Trithemius Hirsaug. Chron. 1072.

Institutum aiunt primis pueritiae annis optimis literatum dis-
ciplinis Lutetiæ Parisiorum, quod ante Academiam conditam fie-
ri oportuit. Nam anno demum 791. Lutetiana academia à Ca-
rolo M. instituta est, ut ex varijs scriptoribus Iacobus Middendor-
pius ostendit. Antea quoque literas Lutetiæ ab doctoribus pu-
blicis traditas idem docet cum scribit, Quanquam igitur ante Carolum lib. 2. Acad. p. 333.
artes Parisijs et si corrupte floruisse videntur, is tamen veram Academiam for-
mam introduxit. Ad Sebaldum redeo, quem religionem cum nutri-
cis lacte hausisse tradunt. Tum ex ephæbis excedenti virginem à
patentibus genere, forma, religione parem despontam, sed ab Se-
baldo ad exemplum S. Alexij nuptam in thalamum deductam, pri-
manoëte relictam, cum oratione Sebaldi esset indueta ut in abitum
consentiret. Orationem placet è verbo subiçere, ex qua pietas
& sensus rerum cœlestium utriusque poterit cognosci, Onusla qui-
dem auro gemmisque op̄e clara virgo incedis, latro tibi vitandus est, inter enim
scorpiones & serpentes ingredimur, caro nostra fragilis, cenis futurus post modi-
cum, cum omnia posse Deus, lapsos nos valet non erigere virgines. Noli ergo
sponsa, subiacere maledictioni. In dolore paries filios tuos: seruemuſ igitur quod

10CCXL.
circiter floruit. xiv.
Cal. Sept.
Conrad, Celtis post Ca-
roli M. annum vixisse
tradidit, cap. 8.
Lambertus Schafnab.
p. 189. anno 1072.
Hartm. Schedel.
Chron. p. 162.
Trithem. Hirsaug.
Chron. vita, patria
lingua conscripta.
Magdeburg. Centu-
riat. 8. c. 10.
Martyrol. Canisij.
Arnold. Vision p.
504. l. 4.
Cratopol. de SS. Germ.
p. 133.
M. S. Hartm. Sche-
del. p. 124.
Iacob. Gretser. in SS.
Eysteinßb. p. 372.

nati sumus, tu in paternis interim laribus, ego ibi ubi aufficante Deo laboribus suorumque acquirere licet, quod gratia angelis dedit. Fidei utique nostrae mentis sint tutores Ioseph virgineus sponsus virginis diuinalisque aulae custos B^{ea} Virginis Mariæ, sub quorum testimonio hanc arcam virginis integratis gemma pudicitiae decoratam, perfectam arculari figura accipito eundem presentaturus illi qui est flos fructusque virginis. Dein clam omnibus ex regia se subduxit, neglectisque omnibus vitae praesentis commodis, spe futurorum exilio patriam post habuit, ut eo certius ad caelestem Beatitudinem sedem aspiraret, profectus a patrijs laribus Italiam petiit, in ibi in SSS. Richardū regem, ut volunt Angliæ, VVilibaldum & VVunibaldum filios, quorum vitas in hoc ipso volumine cognoces, incidit, in opaque laborantibus alimenta vinique laticem ministerio caelestis internuncij impetravit. Arianam impietatem ad mirandis saepius factis, quam dictis refutavit. Reuersus ex Italia, sociisque relictis venit Ratisponam, Boiorum id loci caput, diueritque in humilem pauperis casam, precatus patrem familias, ut focum rigenti excitaret, cælum enim hiemauerat, tellus niuibus pressa tenerum Sebaldi corpusculum horrore frigoris ita perfuderat, ut prope gelaret. Deerat materia in alimentum ignis, fertur gelidium ab hospite negante sibi quicquam ramenti esse, quo calorem prouocaret. Sebaldus stiriam in carbones immittit, quæ alias regum extinctura, obstupescente natura accendit, adeò hiems etiam caelestibus viris pro æstu & æstate est, ut saepe pro rore, umbra, & frigidario vndantia fornacium incendia, quod tribus Hebrais accidit, fuere. Redintegravit eodem loci vitrea fracta non ope humana, ut ingeniosus ille Neronis æuo vitriarius, sed planè diuina, quod alijs itidem Diuis factitatum meminimus.

Tenebatur Sebaldus magno silentij vitaque quiete desiderio. Silua placebat inter Ratisponam & Norimbergam, quam recentiores Segodunum falsò credidere. Nondum Danubius illuc locorum ponte junctus erat, nec ratis vlla in promptu. Sed nulla virtuti via est inuia, vestem extimam fluctibus instratam ascendit, flumenque non minus sicco vestigio traiicit quam olim aut Erythrum Hebrai, aut Pamphilum Alexander, quod nec lana pallij vndam biberit, nec guttam velut oleo delibuta admiserit. Siluam, quæ in ambitu sedecim millia passuum colligit, & Regneso Pgenesque omnibus interluitur, ingressus, Deo votis precibus, India, vigilijsque sanctissime litauit. Necdiu tanta virtus, quamuis densa memoris umbrâ tecta potuit latere. Erat in eadem vicinia vir minimè malus, & Sebaldo nostro etiam familiaris & hospes.

Is ex

*cluner. l. 3. c. 8. p. 30.
v. 83.*

cluner. c. 2. p. 17. B.

Is ex præterfluentे riuо subinde prædam trahebat & pifcationi dabant operam. Deprehenderant hunc ex arce speculatores & comprehensum, quod illum jus pifcandi habere negarent luminibus exuerunt. Quod vbi Sebaldus didicit, illacrymatus acerbæ miseri fortunæ, diuersitori suo gratus solem reduxit, exsculptosque oculos restituit. Siluae cultotibus & vicinæ ctim legem cælestem exposuisset, reliquias Idolorum aboleuisset annis & senio laboribusq; fractus ad D. Martini Sodales Noribergam confugit, ultimumque ibi diem clausit. Quanquam alij sunt auctores, qui tradant, eum in ipsa silua deceſſisse, corpūsque jumentis jugi insuetis impositum ad locum, quem destinarat quieti deportatum conditumque, crebris beneficiorum miraculis inclaruiffe, ac demum ab Martino Quinto cælesti religione consecratum inter cælites coli publicè coepit, quarto decimo Calend. Septembr. quod eo die, xix. inquam Augusti, obiisset. Sacrum eius pignus Noribergæ in æde principe Petri & Pauli olim religiosissime cultum, hodie, vt omnes Diuum ceteros (quod impia Lutheri sectæ acceptum feras) neglectum jacet, donec propitium magis cælum Germanias terras respiciat.

Eandem compendio vitam tradit Hartmannus Schedelius in Chronico his verbis: *Sebaldus Confessor dignissimus ac sanctissimus hac tempeſtate (ut quidam ferunt) doctrina ac sanctitate in Germania floruit. Is ex nobilissimus ortus parentibus regis Dacie filius ac reginae castissima; qui votis ac precibus a Deo hanc sōbolem impetrarunt. Ab ineunte aetate disciplinis & literis traditus, pro adipiscendis liberalibus artibus in adolescentia Parvissos petiit. Cum eruditissimus euafisset, virgo pulcherrima de familia regum Francorum matrimonio ei juncta fuit. Verum ppter mundialibus pompi, relicto regno sponsam elegantissimam nocte deseruit; in longinquas regiones ac eremum secessit. Ubi cum annis XV sanctissime vixisset, inde devotionis gratia Romam perueniens a Gregorio II. summo Pont. ad Germanos prædicationis grata directus Vilibaldum & Vunibaldum fratres itineris comites habuit. Et primo apud Longobardos deinde Ratisbonæ, doctrinâ, virtutibus ac miraculis claruit. Postremo apud Nurebergam in solitudine nemorum religiosissimam ac perfectissimam vitam usque in finem exegit. Ubi præter doctrinam populo exhibitam miraculorum gloria nomiratiſſimus euafit. Tandem plenus dierum ad oratorium fratrum S. Martino dicatum Nurebergæ (ubi modò cenobium Ordinis D. Benedicti ad S. Egidiū nuncupatum peruenit, infirmitate ac senio correptus sanctissime reigrauit ad Dominum. Cuius sanctum corpus ab indomitis bobus ad locum sepulture ductum insignis basilica in eius nomine extracta est. Quem postmodum summi pontifices proper crebra miracula in Sanctorum Confessorum numerum aggregauerunt;*

præcipue

*erat epol.
vvion.
M.S. p. 131. 6^a edic.
cma.*

Hartm. p. 162.

principiè Martinus V. Papa eius Festum per uniuersum orbem XIV. Kal. Se-
ptembr. celebrari iussit. Quamobrem apud Nurembergenses summo honore
quotannis colitur! cum Nuremberga præclara vrbs meritis huius dignissimi pa-
tronii augmentum in omni honore & gloria vbertim sensit.

Iuuat antiquum apponere Sapphicum ex M. S. decerptum,
quo non ineleganter tota Sebaldi vita absoluuntur,

Conradi Celtis.

Regiae stirpis soboles Sebalde,

Norica multum veneratus curbe

Datuam nobis memorare Sanctam

Carmine vitam.

Te sacris votis generant parentes,

Cum diu lecto sterili vacassent,

Teque suscepto statuere castam

Ducere vitam.

Natus hic sanctus puer ergo votis,

Gallia claram properas in urbem

Artibus sacris animumque cultis

Moribus ornans.

Haueras sanctas ubi mente leges,

Patriam doctor rediisti in aulam

Regiam, querunt tibi mox venustam

Iungere sponsam.

Vt dies laetis fuerat paracta

Nuptijs virgo pudibunda vultu

Ducitur celo tibi copulanda

Candida lecto.

Cumque jam clausum fuerat cubile,

Et quies cunctis foret alta rebus,

Tu tua sponsæ loqueris pudice

Talia verba.

Nata de magno mea sponsa rege,

Non tuum castum violabo corpus,

Si placet placet mecum pia vota castæ

Iungere vitæ.

Ad noctis virgo tenero pudore,

Et Deo magnas dedit ore grates,

Integrali seruans generosa casto

Corpore vitam.

Ipsē mox celsam genitoris aulam
Spiritus sancti monitu relinquens
Horridam siluam, Hercinumque castis
Saltibus intras.

Et per exesētāna saxa rupis
Stratus orabas manibus fūpinis,
Feruidum solem, Boream, niuesque
Passus & imbræ.

Et feras inter medias quiescens
Sæpe montanis satiatus herbis
Hauferas puram liquidis fluentem
Fontibus vndam.

His ubi corpus dapi bus foueres
Mentis in puram tenuatus auram
Sæpe diuino nitido videbas
Pectore vultus.

Sic tribus lusbris tacito peracta
Inde Romanam properas ad urbem
Qua Dei verbum monuit per orbem
Spargere Pastor.

Ipsē mandatum recipis paternum
Et vagus terras varias pererrans
Donec immensum peregrē venires.

Latus ad Histrum.
Hic ubi cymbis tumidus careret
Præbuit tutam, pater alme, nauem
Pallium, quo tunc fueras pudico
Corpo tectus.

Moxque per castas nemoris latebras
Noricam latus veniens in urbem
Hanc docens sacro monitu profanos
Linquere cultus.

Et Deum celo residere cœlo
Prædicas; penas virtutis daturum
Quique virtuti tribuet beatæ
Præmia vita:

Ille de casta genitrice natus
Corporis mortem tulerat cruentam
Tertio Phœbo rediens sepultis
Victor ab oris.

Approbat

Approbas multis tua verba signis
Scripta quæ libro reperi fideli,
Nec minus clarus hodie coruscas
Inclite regni.

Cumque jam longo fueras labore
Fessus, & sedes meritus beatas
Te senem nostras Deus imperabat
Linquere terras.

Spiritus sanctos ribiliquit artus,
Mox boves corpus tulerunt agrestes
Quæ tuas sanctas modo personamus apil
Carmine laudes.

Ergo jam cælo merito locatus
Hanc uelis urbem medij arenis
Conditam sanctis precibus juuare
Sedulus orans:

Terra fœcum madeat liquore,
Et salutares habeat calores
Spiceam gestans Cereris coronam
Fænore multo.

Spumet & plenis rubicundus vuis
Bacchus, & frontes tetricas relaxet,
Et pecus lati nemorosa carpat
Pascua pratis.

Prosperos seruent radiosa cursus
Astra; nec morbos subitos minentur
Tärque per nostras maneat perenni
Tempore terras.

Fata Germanis faueant triumphis
Dum petet Turcos gladijs cruentis
Principis nostri juuenile robur
Maxmilliani.

Hinc ubi nostras animas solutis
Corporum & inclis Deus euocabit
Confer, ut tecum capiamus alti
Gaudia celi.

Hec ubi nobis, Pater, impetrabis
Ante supremi faciem Tonantis
Hic tuas semper cumulemus aras
Thure benigno.

In sum-

In summâ semper veneratione cultuq; D. Sebaldus fuit apud Noribergenses, quoad hostis cæli & omnium Sanctorum Lutherus urbem Noribergensem & magnam Germaniæ partem inuasit. Condiderant ciues paullò antequam illa pestis ciuitatem nobilissimam occuparet, Diuo Sebaldo inclitum mausoleum, quod ut ex rationibus M. S. Codicis Noribergens. constat ex orichalco singulari opere factum septuaginta octo millibus sexcentis quadraginta quinq; aureis æstimatur. Descripsit illud carmine Eobanus Hessus.

2529.

*Extat in hoc templo monumentum insigne Sebaldi
Quem Diuum pars magna vocant: hic primus ab orbe
Externo ueniens fertur loca nostra colentes
Chrislicolam docuisse fidem, pro cuius honore
Officij meritisque pijs his cultibus illum.
Affecit pia cura patrum, testata salutem
Hoc primum doctore sibi que suisque paratam.
Atque ideo hoc illi posuere insigne sepulchrum,
Officij memores, quo non praestantius ullum
Sue manu, sue ingenij, sue arte magistra
Contendisse libet, totum est ex ære nitenti
Artificis cælata manu, pulcherrima moles
Naturæ varijs operum, forma omnis ab imo
Surgit epistilijs fracta excrescentibus inter
Serpenatum species operosa toreumata florum.
In summa coit, & pulchri fastigia teclit
Contrahit ipsa etiam varijs cælata figuris.
Non angusta tamen ne vertex summus acutam
Pyramidem faciat, quamquam tres pyramidales
Ad similem conos; circum capitella columnis
Addita sunt, spiræq; breues torulique rotundi
atque abaci teretes, quibus aut simulacra Deorum,
Aut hominum insistunt, videas colludere fictas
Arte puellarum effigies, sempèrque nouatos
Formarum vultus, colubros adrepere, nudas
Stare puellarum species tenuis ilia, donec
In caudas abeant, media plus parte, draconum.
Quid statuas alias memorem, matrūmque virorūmque,
Has nudas, illas armis & vestibus aptas?
Quid tot quadrupedum formas? tot sculpta leonum*

Eob. Hess, in Norimb.
descript. apud Grise.
p. 375.

F

Corpora?

Corpora: nudorum infantum quid mille figurar? 1
 Musa nec culla queat tanto satis esse labori,
 Nec verbis aquare opus immortale futurum,
 Quod neque Praxiteles, nec Myron, nec Polycletus
Nemo Cares, nemo Scopas reprehendere posit.
 Quanquam fama illos sculpendi nobilis artis
 Commendat, nos tro melior peruenit in annos
 Gloria. Sicut enim fuit ignorantior etas,
 Et rudit illa prior, sic nos, crescentibus annis
 Crescere & inuentis meliores addere rebus
 Parfuit, & veterum vinci feliciter artes.



DE BB. AL.

DE BB. ALBERTO ET

OKARIO

TEGERNSENSIS COENOBII

CONDITORIBVS.

Est intra Oenum & Isaram fluuios Boicæ primæ, in Vindelia nobiles, & nauiu patientes, Coenobium, quæ Tiroli saditur, antiquissimum, & regia magnificencia, ad lacum Tigurinum, quem Tegernseensem vulgo dicunt, extructum, cuius præful longe præsidet omnes vtriusque prouinciae dignitate, opibus, auctoritate antistat, vt qui Principis nomine ab ipsis etiam Imperatoribus in publicis tabulis & instrumentis dignatus sit. Hoc duo germani & nobilitissimi reguli Adalbertus & Okarius (quos alij Albertum, & Otto gerionam & Otkarium cognominant) è suo patrimonio, quod amplissimum & copiosissimum erat posuerunt, vt & illud in Norico Ripensi D Hippolyto & Schlechdorffianum ad Lacum VVakerum, quemadmodum & Otho seu Vtho sororis filius, ad Ilmum annem Collegium sacerdotum instituit. Sed Tigurinum ritu ciuitatis & regiae, fossa, moenibus, tormentis bellicis, propugnaculis cinctum. Ipse antistes ex equestri nobilitate ad modum principum ministris colebatur, adhibebatq; præfetos & magistros palati, Archimagirum, pincernam & hoc genus aulica officia. Adalbertus & Okarius cum Othonem sanguinem ex regia stipe tra-
xerunt. Auentinus Grimoldo Boiorum duce natos suspicatur.

Idem Lazius affirms: Velsurus anceps, Adelbertus, inquit, & Ockarius Tegerseenes Comites sive Grimoaldo Duce, sive patre Hartuico Burgundo, matre Baua nati, duplex enim hic quoque fama est. Vetustorum diplomatum fide hactenus liquet illustri genere ortos, quod reges propinquitate attingeret cetera ferè obscura sunt.

Quodad originem horum dynastiarum attinet, Velsurus hanc ex membranis Tegernseenibus traxit, in quibus haec verba leguntur: Erant in partibus Notiorum duo fratres Albertus & Oktarius ex patre Burgundi, ex matre Bauari. Metellus poëta non ignobilis ex Tegernseenium sodalium religiosis, qui ante annos admodum quingentos floruit, de eisdem testatur.

*Anno Christi
1224LVI.**Ex M. S. Tegren.**p. 2.**Hund. metr. p. 307.**Ex alio M. S. cod. 1 e
monast. Tegren.**Antiq. leit. Canis.**t. 4. p. 470. & seq.**M. S. de S. Quirino**ex Tegren. c. 8.**Avent. edit. Basili.**t. 3. p. 215. & 217.**Ex chron. M. S. Ger.**Tegern. p. 26.**M. Velsur. l. 5. p. 29.**Metellus in Quirino.**t. 1. ant. leit. p. 68.**69.70 71.72. & seq.**VWolf. Lazius in ccm.**rerum Austr.**In chorograph. Boic.**p. 2. f. 2.**Andr Presb. R. tiff.**p. 17. & seq.**s. Pöln.*^a Auent. l. 3. p. 217.^b Dipl. Henr. VI. Co-^c mits. Albertus &^d okarius regali pre-^e sapia exorti.^f Osbornus II. privileg.^g Germani ff. & illus-^h free Comites.ⁱ In austriac.

In codice Tegerseensi alio M. S. quo res Boiorum patrio sermone describuntur, ita horum stirps deducitur.

Hugobertus praefectus regis Francorum.

Arnolphus seu Arnoldus Magnus.

Angilus seu Anchisus,	Lotharius.
-----------------------	------------

Pipinus Crassus	Hartvicus.
-----------------	------------

	Okarius Albertus
--	------------------

Carolus Martellus	
-------------------	--

Rochus.	
---------	--

Okarius ergo & Adalbertus Caroli Martelli fuere partueles quem admodum ha tabule docent. Sed Lazius in chorographia Austriae horum longe duer-
sam constituit stirpem eoque Grimoaldi Boiorum Ducis qui Frisingensem pontificatum instituit filios affirmat. Grimoaldo primo filius successit Theodo VI, ex
quo Grimoaldus II. extitit, conditor sedis Fruximensis, alpestris Boariae princeps,
ac demum extinctis fratribus Hugoberto & Theodone VII. solus heres ab Theo-
deberti filijs & Car. Martello interfectus, cuius Athesinam provinciam occupauit
Hiltebrandus Langobardorum rex filij Grimoaldi Albertus, Otto, Gerio, & Vito,
in Comitatus misi unde Comites Tegerenses orti, conditores, cœnobiorum Schlech-
dorf Tegernsee & S. Hippolyti in Austria. Mihi potior altera Tegeten.
sis; omnes enim historici hos patre Burgundo, matre Bauara na-
tos tradunt.

Albertus seu Adelbertus nouem in Boica dynastias seu Comi-
tatus possidebat. Okarius natu maior Dux fuit Burgundia. Fuit
& Vtho vel Audo frater, vt quibusdam placet, vel quod certius
membranæ Tegerenses docent, ex sorore filius, qui apud Ilmense
cenobium (cuius cum D. Arsacio sodales Monachi anno 1495
sunt translati) præses est constitutus.

sic appellant in
membranis Tegeren. Sed Okarius & Adalbertus auunculi Audonis seu Vtonis hanc
Tegerensis asceterij condendi caussam, vt quidam volunt antiquissimæ chartæ, testari videntur, habuere. Erat Okario filius vnicus cui
Rocco nomen, qui in Palatio Pipini (quem postea Merouicis ex-
auctoratis & in ordinem redactis, pontifex Romanus & populus
in Galliis regem Francorū salutarunt) cum filiis eius Carolo & Ca-
rolo Mano versatus, rixâ inter ludum latrunculorum, quem vulgo
schachiae appellant, exorta, vt fieri sèpe solet, ab altero horum, nisi
quis tertius nobis ignotus fuit, occisus fertur. Okarius & Adalbertus
& Pipino quoquomodo placati ex aula tamen Pipini cessere, & in
Boica

Boica, cùm liberis jam carerent, omnes opes suas ad regium cœnobium ad lacum Tegerensem moliendum contulere. Tum religiosi causâ Romam profecti Grêgorio Romani nominis tertio pontifici aduersus Longobardos suppetias tulere, & hostem ab urbe & agro virtute & armis repulere. Redeuntibus in Boiam antistes Romanus pro fideli opera in bello collata, sacra sanctorum Quirini & Arsati pignora reliquiarum donauit, nec enim aliud præmium victoriæ petiuerere. Reuersi Quirinum in Tegerensiæ de colloca-
runt, Ilmensi contubernio Arsacium misere. Ipsi seipso in suo, quod posuerant, monasterio Deo viictimas & hostias consecra-
runt, vanisque mortalium curis & negotiis rejectis, nomen in religione professi, S. Benedicti legibus viuere coeperunt. Et natu qui-
dem minor quod literis esset tinctus, postea primum cœnobij anti-
stitem communis sodalium decreto egit, Okarius in humiliiori, reli-
giose tamen gradu constituit.

Priorem huius narrationis partem de Rocho Okarij filio in ludo occiso, Hundius ex Auentino, & ex Hundio Canisius in antiquis lectis in dubium vocant, perinde quasi parum vera propiorque fabulæ videretur oratio, nam ita Canisius: Porrò quod hic de Rocho à filio Pipini occiso narratur merito in dubium vocari potest. Et Hundius: *Defundatione huius monasterij extant quedam in libro quodam scripto monasteriorum Bauariae, & indice Abbatum huius monasterij de filio Ottocari in Gallia à filio regis Pipini ludo Schachorum occiso, quæ tanquam fabulosa Auentinus in chronica omisit. Ego de hac re nihil certius puto inueniri, quam quod in privilegijs tum Ottonis secundi, tum Henrici VI. & Friderici II. Imperatorum continetur.* Hæc Hundius. Ita Henricus Canisius Hundio, Hundius Auentino & Tabulis Othonis, Henrici & Friderici Imp. nititur.

Hund. in Tegernsee

Ego cum ex chartis & membranis Tegerensibus, & Ilmensibus, iisque antiquissimis, ex Metello præterea claro sui ævi poëta & religioso Tegerensi, ex historia Andreæ Ratisponensis hæc narrationem confirmatam & testataam legerem, certam & indubitatem existimau. Sed ubi eandem ad rationem temporum velut Lydium lapidem exegi, probare nullo modo potui, præsertim cum ipsæ narrationes inter se minimè consentiant, cum aliae chartæ Pipini regis filium, non Ottocari intersectum tradant. Possim ex annis copiosissimè demonstrare puram putam fabulam esse de ludo latunculorum & caulam ædificati cœnobij hanc nullam fuisse, sed ipsam regulorum pietatem omitto tamen non necessariam disputationem, & ad rem redeo.

Geminos igitur fratres Albertum & Okarium conditores esse coenobij Tegerini & aliorum, ex tabulis Imperatorum, præsertim Othonis II, Henrici VI, Friderici II. manifestò liquet. Albertus deinde presulū judicio, primus omnium cum potestate, tanquam fundamentum sui mausolei & coenobij sustinuit onus abbatis, de quo ita manu exarati libri Tegerini, quibus præsidum coenobij acta & series memorantur. *Albertus primus abbas & fundator cum fratre Occario Banarie Dux, Episcoporum judicio & consensu omnium electus, centum & quinquaginta fratrum constitutus pater anno domini 10CCXIX. Hic una cum fratre suo Conuerso per celebre istud monasterium in Tegernsee undecim millibus & octingentis mansis fundavit & do-
tauit, cum virginibus duabus quoque patellis salmarum. Preterea Ilminense coenobium Frisingensis die cessis, atque in Austria monasterium S. Hippolyti & Nuf-
fiae circa Rhenum ancillarum Deimonasterium dicto cum fratre fundauit. in-
super in Burgundia aliud monasterium magnificum. Ilminense ditaruit reliquias
S. Arsacij & particula illa S. Quirini regis & martyris ex quo potentes infirmi si-
nouerint abstinere a carnis auium cum sani sunt, recipiunt sanitatem a ipsius &
intercessione martyris. Præcipue vero istud Tegernseense, corpore glorijs regis
& martyris S. Quirini, alijsque quamplurimi reliquijs cum fratre ditanit.*

In hanc narrationem mendum irrepsit, annorum enim ratio corrupta est cum pro 10CCXIX. scribendum sit 10CCXLIX, omisssione dubitatione litera L. quæ inserenda est ut pro xix. sit xl ix. Inchoatum enim est coenobium anno 10CCXVI vel potius 10CCXLIX. Nam triennio post, aut fortasse biennio (nam alicubi legi annum 10CCXLIX.) consecratum est.

*In membr. Tegerinis
p. 13.*

Fuisse autem hos geminos fratres Albertum & Ockarium Deo omnique caelo gratissimos ostendit insigne prodigium, quod ad illorum cineres ut alia raseamus, factum traditur. Vno eterque cumulo conditus extremæ rubæ classicum expectat. Id hunc in turba delatus quidam unus ab inferno hospite insecessus & agitatus, cum nec ius ipse marmor, quo teguntur conditores coenobij, attigisset, malus genius ex contubernio suo & hospitio corporis occupati exemplo coactus est excedere. Homo sibi relatus & testitus cum domum sanus saluisque veniret, cunctis domesticis & familiaribus qui furentem ante norant, obstupescientibus, sancti Quirini, cuius fama miraculis inclita per omnem prouinciam spargebatur, virtute & gratia curatus crederbatur. Ille memor beneficij accepti cum anathemate & voto reuersus, cum donum beneficij accepti argumentum religiosis Diuis offerendum adserret,

illi recta

illi rectâ cum illo ad S. Quirini cinetes properant, illuc Diuo munus sacram representari. Sed is qui per Sanctorum patrocinia ab stygio monstro liberatus erat. Non hîc, inquit, fui curatus, noui, quorum beneficio, pulso hoste, valeam. Dimissus inde mox ipse ad dissitum ab S. Quirino conditorum Alberti & Ockarij properat. Tum; hîc, inquit, collata mihi sanitas est ab ijs quorum pignora hîc quiescunt, mentes apud superos æternis gaudijs fruuntur. Attoniti incolæ hoc miraculo maiori deinceps suos parentes & conditores veneratione colere cœpere.

Hæc ego cum cognouisse nolui subducere lectori clarissima nobilissimi & antiquissimi adeoque principis in omni Boica monasterij auctores & conditores, vt illorum quotidie magis magisque gloria clareret.



S. GARIBALDV

EPISCOPVS R ATISPOENSI S.

Anno Christi.
12CCLII.
Ostiensis in Beneficio
Surini in eodem.
Hundius metropol.
Vetus Rerum Nostrorum
1. p. 274.



Vnc Garibaldum, seu Gaubaldum seu Gæbaldum, seu
Gaiabaldum seu Gariobaldum appellatum (nam in
nulla re ita librariorum manus vacillare solent atque
in exprimendis nominibus præsertim rariss, antiquis,
& desitis, quæ saepe aliter populus, aliter scholæ, aliter
scriptores edebant) S. Bonifacius pontificem
Ratisponensem creavit. Sed pauca de illo in acta missa sunt.
Hundius hæc tantum ponit, Iste sanctus vir fuit, vigilans sui gregis pastor,
qui creditum sibi ouile magna solicitudine & fuit & auxit, & consilio sui clericorum
pus S. Emmerammi in monumento laminis aureis & argenteis, margaritis &
lampadibus preciosis ornato, populo spectandū præbuit. Præfuit annis XIII.
vel XXI. ut alia docent monumenta. Obiit 12CCLII. ad
D. Emmerammihumatus.



S. CARO

S. CAROLOMANVS.



Sum genus horum, caelestibus aximula proles,
Nelle patrum fulgens stirpis imaginibus.
Sanguis Heristalli, Martelli dia propago,
Et patruus Magni. Quid ramen ista inuant?

Ascosis par sum culu, neq; moribus impar,
Hoc placet, e cunctis nil placuisse mihi.
Pergito mortales, regnumq; per arma, per ignes
Querite, plus regnum deseruicis fuit.

S. CARO-

Q. C. 2. 1. 1. 1. 1. 1.

CHARLOTOMANIA



Q. C. 2. 2.

S. CAROLOMANVS
MARTELLI FILIVS. BOIORVM
DOMINVS.

SVnt qui Carolomanum est stirpe Agilolfingana Theodo-
num Boicæ quondam Principum oriundum tradant,
Carolo Martello patre Pipino auo, Anchiso proauo, S.
Arnulfo Pontifice Metensi abauo, Arnulfo atauo. Afo-
perto tritauo, cuius pater Hugobertus fuerit, avus Vtilo Agilolfin-
gus & Palatinus Antuerpiensis; proauus Theodo primus princeps
Boiorum. Quanquam alij ab regibus Galliae Francorum eundem
descendere tradant, & principem gentis Pharamundū nominent.
In priorem sententiam eunt Goropius Becanus, Carolus Scribani-
us, Ioh. Heroldus & quos in ota supra laudaui: Auentinus parum
constanter loquitur. Altera opinio & certior scriptores plerisque
Gallos habet sectatores, & nonnullos etiam Germanos, inter quos
est Fridericus Palatinus Rheni, Velsorus, G. Scioppius. Sed ut Ca-
rolomanum origine Boium negemus, illūmque Francis afferamus,
fuit tamen is Boicæ Dominus. Martello quippe fatis ex homi-
num cætu subducto, cum fratres Pipinus & Carolomanus hæredi-
tatem cernerent, Boica Carolomanum respexit. Nam Pipino Bur-
gundia, Neustria, Provincia; Carolomano Austria (seu Austrasia
quæ hodie Lotharingia, prius Austria & Austrasia ratione VVestriæ
dicta) Turingia & Boica cessit. In qua etiam non paruim diu ver-
satus est Fruxini seu Frisingæ, ubi regia Boiorum id temporis fuit,
vt Hundius in descriptione coenobij ad S. Stephanum consecra-
tum sive VVeihenstephan monet. Monasterium, inquit, Ordinis
S. Benedicti postum in excelsō monte prope Frisingam, ubi olim fuisse dicitur ca-
strum Pipini Galliarum & Alemannie regis in quo postea etiam Carolomanus ha-
bitauerat, mons ille dictus Tetmons sive Thetonus mons, circa amplissimæ fossæ ar-
ci magnificientiam adhuc hodie fatis ostendunt. Et quæ sequuntur. Idem
in Eriberto fratre S. Corbiniani Episcopo Fruxinensi: Pipinus Caroli
M. pater (frater Carolomani) postquam Frisingam & superiorem Bavariam
contra Vtilonem regem occupasset, habitasse dicitur aliquot annis in alto excelsa-
re castro prope Frisingam in mote Tetmons dicto, ibidemq. sacellum construxisse in
honorem S. Stephanii, quod in hunc usque diem appellatur VVeihenstephan mo-
nasterium, latine quasi Stephani consecrat.

Atque

Anno Christi.

12214.

Gorop.

scriban. in Orig.

Antwerp.

Velsor. l. 3. p. 151.

Auent. l. 4. ipso inst.

Molan. de mil. Sac.

Ducum Brab. c. 2.

Laetus de migrata-

genitum.

Guicciardin. de rebus

Belg.

Lipsiu.

Iean. Herold. in ge-

neal. Palatino.

Atque ut hæc desint, gessit bella in Boica, fuit sæpe in Boica & pontificum conuentus auctore B. Bonifacio Pontifice Moguntino Ratisponæ egit, vt meritò in censum Bauariæ Sanctæ veniat. Sed jam res ab illo gestas in æta mittamus. Anno altero à cura suscepiti regni Carolomanus cum fratre Pipino Hunaldum Aquitanæ Ducem à Franco deficientem bello superat, qui ad Vascones profugit, eodemque anno Theobaldus Almanniæ princeps dum defectionem molitur, celeritate fratum oppressus est & in ordinem redactus. Anno 1000. Carolomanus auctoritate Zachariæ P. M. & S. Bonifacius indixere Reginoburgum seu Ratisponam conuentum minorum pontificum, in quo & ipse coram, cùm Utione Boiorum principe interfuit, edictumque reip. cùm Ecclesiasticæ tum ciuili salutare promulgauit, cuius principium duntaxat hic fidei causa collocabo, cætera in Annalibus Boiorum & apud Surium cognosces. In nomine domini nostri IESV CHRISTI. Ego Carolomanus Dux & Princeps Francorum anno ab incarnationi Domini septingentesimo quadragesimo secundo XI. Cal. Maij cum consilio seruorum Dei & optimatum meorum episcopos quin regno meo sunt, cum presbyteris ad concilium & synodum proximorum Christi congregavi, id est, Bonifacium Archiepiscopum, Burchardum, Reginfridum, Wittanum & Viliboldum, Dataum & Adanum cum presbyteris eorum, ut mihi consilium dedissent, quomodo lex Dei & Christiana religio recuperetur & qualiter populus Christianus ad salutem animæ peruenire posset. Et quæ ibidem sequuntur nouendecim capita consilij.

Celebrauit exin anno sequenti Liftini alterum, & terrium biennio post Moguntiam. Indolem vero Carolomanus veræ pietatis hausit è sancto pectore S. Bonifacij, ante cuius familiaritatem admodum rudis erat rerum diuinatarum, vti S. Vilibaldus tibi statut. Serarius in vita S. Bonif. lib. 3. c. 14. p. 367. v. 16. Idem lib. 3. c. 18. p. 423. Fulensem præterea fundum Sancto Bonifacio ad condendum cœnobium liberali manu, qua tria millia passuum ad omnes cœli plagas Fulda complectitur, donavit. Iam sexennium Carolomanus prorex in administratione regni & prouinciarum cum Pipino traduxerat: iam populorum mores per pontifices & synodos composuerat: iam hostium contumaciam retuderat, Saxonas, Boios, Sueuos, Aquitanos competuerat atque imperata facere coegerat, cùm illum omnium rerum humanarum & fugientium pertesum cepit æternorum & immortalium cupido. Regno igitur Francorum & prouincijs omnibus fratri Pipino secundo loco nato, commissis, ipse Romam ad Zachariam pontificem cum

SERAR. IN MAG. LIB.
VITA S. BONIF. P. 506.
C. P. 579.

1000.

cem cum honestissimo Francorum comitatu properauit, multaq; eximia & regia dona D. Petro Apostolorum principi dedicauit, si- crisque iniciatus à Pontifice in montem Soractem secessit. Incide- runt hæc, vti, qui temporum rationes conscribunt, obseruauerunt in annum Christi N. 1000. vii. nisi quod Baronius nobis ex literis Zachariæ Pontificis scrupulum iniicit, anno sequenti potius id videri contigisse. Sed fieri potest Carolomanum aliquandiu in itinere hæfisse, diuertit enim ad S. Gallum, vt est apud V Valfridum Strabonem, ibique ingentia prodigia sub illa ipsa tempora ad S. Gal- litumbam edita recognouit. Tum deinde cœptum persecutus iter Romam tanquam ex turbulentio humanarum æruminarum cura- rūque pelago ad sanctæ quietis portum applicuit, & in Soracte monte cœnobio constituto, cum delectis sodalibus triumphata omnis mundi vanitate, cælestem viuendi rationem instituit, an- nōsque non paucos in eodem cælestibus pastus delicijs & meliori- bus inundatus gaudijs, quasi gustum quendam æternæ felicitatis cepit. Occurrit mons Soractis via Flaminia Romam petentibus haud procul Vejs, nobilissimis poëtarum Virgilio, Horatio, Silio laudatus. Vibius Sequester montem Phaliscorum nuncupauit, quod agri Phalisci ad mare vergentis initium esset, sacer olim Apol- lini Silio canente:

Haud procul & sacrum Phæbo Soracte frequentat.

Soracte dixit, vt Horatius:

Vides ut altâ stet niue candidum Soracte.

Hodie S. Siluestri mons audit, quod olim, priusquam Constantinus M. Christo initiaretur, ibi pontifex Silvester abditus latitarit. His Carolomanus aliquot annis versatus, cum à popularibus & clientibus vltro citroque commeantibus, officij & honoris causa ob memoriam veteris domini & famam sanctitatis frequens adire- tur, ferre non potuit suas cælestium contemplationum jucundita- tes à profana turba toties interpolari. Ergo generosus ille animus, in- quic Baronius, qui calcato penitus mundo, sublimem Christianæ philosophiae at- tingere conatus est verticem non sic induit monachum, vt una simul principem inuis latenter includeret, sed exuit penitus, vt nec signum quidem in se remanere passus sit veteris hominis in nouum nouo cum habitu in omnibus transformatus, procul abhorrens ab eo quod reprehendit S. Basilius in nobili quodam sed ignaro mundi contemptore: senatorem, inquit, perdidisti, monachum non fecisti.

Itaque communicato cum certo fidoque amico, quem à pue-

G

ro pro-

ro probum æquimque cognorat, consilio, noctu nullo vel cōscio
vel sentiente Cassinum cum socio relictis omnibus corporis com-
modis, nudus nudum Christum secuturus profugit, vbi pulatis
foribus cum adeundi Petronacis antistitis de more copiam peteret,
admissus, illico se ad genua patris ignotus abiecit, sicarium se pro-
fessus & facinorosum, omniq[ue] scelere coopertum. Falsò, dices;
atqui verè talem, seu verè seu falsò ille se arbitratus, quod multa bel-
la gerendo multos mortales, quamuis jure belli occiderit, aliasque
culpas, quibus nemo vacat, in se multas deprehenderit, de quibus
reum se ipse peregit. Damnatus à præsule voti, in tirocinium ad-
mittitur, & cum comite suo, cella, pro more & lege D. Benedicti
Sodalium, clauditur, atque hoc grauius in omni genere patientia
exercetur, quo minus loco erat notus, claritudinem enim generis
& ingentia honorum ac prope regia titulorum ac rerum nomina
quam occultissima habuit: Francum tamen se domo non negavit.
Ita vertente anno positóque tirocinio, solennibus se votis Deolo-
cōque dicta lege totum transcripsit. Interim ut vsus & officiorum
vices ferunt, coquo ex ordine administer mittitur. Carolomanus
magis ad imperia, quam seruitia culinæ natus, pro sua tanen virili
omnino studuit partes suas explere. Sed quia id genus hominum
plerunque agreste, & præsertim in exteris, si quid imperij in alios ac-
cepit, & præsides religionum non attendunt, importunum; Co-
quis offendentem ex imprudentia noui muneris, non verbistam-
tum, barbarum in modum tractauit, sed colaphis etiam obiurgavit
& verberibus saepius atrociter multauit. Ad quas indignitates pa-
tientissimus Carolomanus alapis obiurgatus nihil respondit, nisi:
Indulgeat tibi Deus frater & Carolomanus. Non intellexit homo
barbarus, quorsum Carolomanum nominaret, nunquam enim
nomen suum cuiquam prodiderat, & aliud acceperat in cœnobio,
sed cum olim ab eodem atrocissimè cæderetur, comes Carolmani
adeandem sortem designatus, pro rei indignitate accensus pilum,
quo panis oleri miscendus terebatur, artipuit, humeròsq[ue]; cocì non
perfunctoriè contundens: Nec Deus, inquit, tibi parcat, scruen-
quam, nec Carolomanus indulget. Ille grauiter acceptus multo
grauius de aduenis apud commune fratrum conquestus, omnes
haud leuiter affecit, ingens quippe facinus interpretabantur homi-
nem exterum in contubernium religiosum ex affectu humanitatis
& commiserationis admissum, ausum inuadere domesticos, &
tam immaniter in ipsum cœnobij altorem deservire. Raptus ergo
exemplò in vincula, custodiebatur, donec postera luce in com-
mune

mune consulerent, qua pœna tantum scelus esset vindicandum. Productus in medium postridie jussusque in cætu omnium de verberatione caussam dicere, quam ob rem in cœnobij ministrum & religiosum virum ita excanduisset, tamque grauiter multasset, quia vidi, inquit, à seruo nequiore omnibus, vitum meliorem & nobiliorem omnibus, quos terra alit, non solum indignissimis modis tractari, contumelijs vexari, sed colaphis etiam plecti & grauissimis plagis concidi. Hic multo magis in peregrinum hominem incitati, quod hospitem & exterum omnibus, quâ bonitate, quâ nobilitate, nec antistite saltem honoris causa excepto, auderet anteponere. Ecquis ergo, inquiunt, est ille tam sanctus & illustris, quem tûte nobis prædicas? Hic ille ad ultimam redactus necessitatem, quamvis haud ignoraret quâm ingratam presenti Carolomano rem faceret, rem omnem eloquitur. Iste, inquit, est Carolomanus quondam rex Francorum, qui pro Christi amiose regnum & gloriam mundi dereliquit: qui de tanta excellentia ita se humiliauit, ut modo à vilissimis personis non solum contumelijs afficiatur, verum etiam verberibus affligatur. At toniti omnes hoc responso ad Carolmani vestigia projecti ignorantiam excusarunt, veniamque precati magna veneratione coluerunt, sed ille vicissim cum lacrimis in terram fusus negauit se Carolomanum, s. locum metu perculsum hæc de se confinxisse. Excusat Baronius Carolomanum à vanitate dicti, quod non esset idem Carolomanus, qui fuerat olim Francorum princeps, Galliarum & omnis Germaniae protex, sed mutato nomine exuisset etiâ religionis causa seipsum, vt verè diceret, se non esse Carolomanum. Cæterum quamuis in magnam admirationem apud omnes domesticos venerit, Petronax tamen praes coenobij non otiosam voluit illius sub religioso cultu nobilitatem, sed cum ipsius ardens Deo placendi, siueque ipsius vincendi studium cognosceret, ad exemplum omnis religiosæ disciplinæ ex norma legum ad omnem illum modestiam varijs officijs rerum vilissimarum occupauit. Nam pro opilione gregem illiorum domesticum quotidie in pascua ducendum, custodiendum, reducendumque commisit. Vñi venit ut secundum aliquot dies prædones gregem Carolomani inuaderent, vnâmq; & alteram conarentur auertere, quas ipse tanquam legitimus & nequaquam mercenarius pastor, & videndi & viribus etiam conatus defendere, de me, inquit, quod placet statuere potestis, pecus tutela meæ commissum dum viuo rapi non patior. Ergo ab armamento ad custodem versi omni ueste spoliant, adeoque nudum

G 2

(tanta

*Dux, pro rego.**Leo Offiens. chron.
Capit. l. x. c. 7.*

(tanta auaritiae est improbitas) destituunt: sed Carolomanus illis demum femoralia extorsit, quibus pudorem & naturae verecundiam tegeret, ne per populum cum suo grege intectus incederet. Domum regressus cum Petronax preses coenobij omnem ex eo rem vt acta erat cognouisset, vt perfectam eius patientiam exploraret, simulat, sibi vehementer displicere, quod se deuestiri spoliarique passus esset, segnem proinde & stolidum vocitare, nullique rei vitem videri. Carolomanus verbera contumeliarum patienterferre, nihil excusare, vt quod patiendo premij acquisierat, idem cumularet non excusando. Tectus iterum alio cultu, jussus est ad munus suum & ouium magisterium redire. Dicit ille rursum agnus agnos suos in laeta camporum pascua, dumque domum in ouilia reducit, æger ex numero agnellus reliquorum cursum asequi non poterat. Veritus magister pecoris ne si tardius cum affecto pecore incederet, ad destinatum locum non tempori reueniret, et gram ouiculam ritu legitimi pastoris in humeros tollit, adeoque domum reportat, nec gratam sarcinam, quauis foedo lotij humore in via perfusus deponit. Quod ubi praefectus religiosorum Petronax intellectus, tum demum veram in tam sublimi & regio genere ac heroë, qui regna ante administrarat, exercitus ducentaratus maxima bella gesserat, hostes omnes adeoque se ipsum, qui maximus est triumphus, vicerat, modestiam & submissionem admiratus a pastoratio munere ad horti culturam, ne otio, quod omnium religionum certissima pestis est, virtus aut obtorpesceret, aut certe hebesceret, transtulit. Iam annus quartus supra septingentesimum quinquagesimum à Christo nato, qui Carolomano fatalis fuit, agebatur, cum Aistulphus Longobardorum haud scio rex, tyrannus, nullis pontificum beneficijs, maleficio posset abstineri placariue, vrgeretque vehementer Ecclesiam Romanam, Stephanus Pont Max. ad Pipini regis Francorum Carolomani, vt supra cognouisti, germani fratris fidem configuit, & summis abeo precibus contendit, vt copias in Italiam duceret & Aistulphi tyrannidem coerceret. Quod ubi sensit Aistulphus, metuens regno suo, Carolomanum Cassini sanctissima quiete perfunctum ad Pipinum fratrem Gratianum quoque antistite jubente (nam Petronax jam decellerat) ne quid commune fratrum aliquid inde, vt saepius antefactum erat, incommodi acciperet, aut in discrimen euerisionis coenobij veniret, ablegavit, vt omnibus modis expeditionem Pipini in Italiam impediret. Carolomanus vt & suo præsidi satisfaceret, & regi monasterij caussa obsecundaret, profectus est in Gallias, remque

réisque palam & in speciem vehementer vrsit, vt historici non nulli tradunt, sed in priuatis consilijs alia omnia suasisse Baronio videtur. *Etsi Inquit, ille prætextus fuit proficisciendi Carolomani in Gallias ut reuocaret Pipinum ab aduentu in Italiam, prout rex perfidus ab eodem exegerat: hanc tamen ex eius sententia curaſe negotium existimamus, eo quod cultor & studiosus esset Romane Ecclesiæ; sed ut barbari regis furore ab infesta clade Cassinensi monasterio abslingeret, eam proficisciendi in Gallias causam adornauit, eo modo continens barbarum ne ſauiret in ſuos. Sed ſicut foris apparet, ita historia ea cuncta mandata ſunt, cum tamen ſecreta principum hanc pateant paſim hominibus secundum illud Tobiae: Sacramentum regis abſcondere bonum.*

Est proinde cur Anastasij verba in eam maximè partem accipiatis, quam Baronius interpretatur, alioqui duriuscula lectori Catholico videbuntur, quando dicit: *Dumque illud coniunxit, nitebatur omnino & vehementius decertabat, sancta Dei Ecclesie cauſas subuertere juxta quod à præfato nec dicendo Aſtulpho tyranno fuerat directus.* Sed ne Carolomanus in Italiā & Cassinum infecta legatione redeundo ſe & ſuam religiosam fodalitatem in diſcriſionem & exitiu præcipitaret, communi vtriusque Stephanī, inquam, Pont. Max. & Pipini regis consilio, quod & Carolomanus approbasse videtur, in Gallijs retentus est, & Viennæ in cœnobio paullò pōst extinctus, de quo extat fragmentum Annal. Franc. anno 755. Carolomanus autem monachus in Vienna ciuitate remansit vna cum Bernadana regina, infirmus languebat dies multos & obiit in pace. Cuius corpus Pipinus frater aurea clausum vrna Cassinum remisit, vt, vbi religioſe exercitationis laboribus erat fatigatus, ibi defunctus cōquiesceret, donec cum delecto generis humani ecclē ad meliorem vitam reuocaretur. Annales Francorum incerti scriptoriiſed antiquissimi ex Pithœi edit. Lugduni deceſſiſe narrant. Vixit

xvi. Calend. Septembr.

100CLIV.

*Ear. anno Christi
100CLVI.*

Martyrol. Canisij.



G

S. SOLA

S. SOLA

PRESBYTER ET MONACHVS.

*Anni Christi:
1026, ita Tri-
them, sed longè pro-
uixit amplius.
Vide Gretser. p. 296.
SS. Eystett.
III. Non. Decembr.
Ermenoldus, Diacon.*



Solnhofen.

*Antiq. lib. I. 4.
p. 147.*

mag. 432.

Solnhofen.

*Antiq. lib. I. 4.
p. 147.*

*Lib. 1. Fund. ante p.
156. c. 13. de Orig.
Solnhofij.*

Anctus Sola ex Anglia profectus, Bonifacij Pontificis Moguntini & sanctissimi martyris auditor & sectator, collega sancti VVillibaldi Eystadiani antistitis, non pari quidem gradu dignitatis, sed non impari tamen sanctitatem fuit, remque Christianam egregie auxit. Quanquam enim solitudinis esset vnicus cultor, solaque loca quereret, in quibus castissimis Deo votis precibusque litaret, inde tamen virtus eius velut sol quidam sanctitatis radios longè latèque diffudit, vt non immereid VVicelius dixerit illū solem potius quam Solonem vel Solā dū fuisse. Nomen enim illi inde Solæ diuinitus inditum non difficulter coniicias, locumque (quem desertum & vastum coluit) ab illo solitudinem & Solonis cellam dictum, quod & Serarius noster in Bonifacio haud obscurè docet, cum scribit. *S. Sola seu Solus in quo conueniunt rebus nomina sepe suis, post suscepitos cum S. Bonifacio Euangelij labores, solitudinem consecratus est, eiusque locus vulgo Solonis cella vel curia dictus, cum ipse sol verius quam Solon vocandus esset. Sed aperte hoc Ermenoldus diaconus biographus eius, demonstrat, cum dicit: At vero iste Sola domino hymnis ac orationibus vacare desiderans eremum petijt, & ob hoc ut putatur & ipse locus quem incoluit, ex eius nomine solitudo dici potest, quem tamen quidam vulgarie cellam vel curiam Solonis vocant: ast ego aliorum estimatione dico Monachum id est solum potius quam Solonem & cellam ipsam, cellam B. Solae, quam cellam Solonis posse nuncupari, dum & ipse locus a mundi actibus sequiturus sit. Et ideo solitudo ipsa à cultore scilicet Sola nomen habet.*

A sperrimum fuisse locum salebrisque & saxis horridum Ermenoldus postea copiosius ostendit. Nomen tamen, vt vides, illi primitus indicatum putat ex oraculo quasi diuino, quod olim esset amaturus solitudinem.

Christophorus Brouuerus: Huius monasterij antiquitatem, inquit, hoc diligentius paruit inuestigare, quo jam longius a sui corporis diuulsum compage paulatim eius obliuio etatis quadam senecta obrepit. Locifundamenta Caroli M. liberalitate S. Sola recit, Bonifacij discipulus, & collega S. VVillibaldi, quo cum in Eistattensis ditione Boariae finitima rem Christianam praelarie gestit. Etenim Carolus sancti Solæ virtutum fama excitatus, quo apud celeste numerum precatorem eum sibi faceret, Ermanrico narrante, tradidit ejus firmissimo clavum

S. SOLA.



Seu tibi de cœtu, sapientum nomen adhæsit,
Nomen fecerunt seu loca sola tibi;
Seu tribuit nomen patris Olympeia proles,
Conuenient vita nomina cuncta tua:

Virtutum radis imitariis lumina Phœbi;
Et super astra micans sidera clara promis.
In terris cœcas pellis de mentibus umbras;
Vix pra te sapiens septimus ipse sapit.

clausum munimento locum quem incoluit; cui cum accolae regionis praedia culta aliisque liberalitate possessiones adiecerint, quae erat B. Sola in S. Bonifacium, ab eoque relictam familiam, preclara voluntate, quæcumque istic bona suis comparauit, Fuldensi voluite esse monasterio addicta. Qua de re haec in S. Solæ vita apud Ermanricum extat oratio: Accolæ regionum harum quoconque adventantes ei (Beato Solæ) in Christi amore frequentius administrabant, aliquanti & prædij sui partem tradebant. Quam ille cum timore domini, accipiens, cum his quæ dominus Carolus Augustus ei donare dignatus est, ad egregium Fuldensi cœnobium potestatiua manu contradidit, ubi Leo prouidente modo sanctissimus, ac in omni arte peritisimus dominus Abbas Rhabanus perspicabiliter fulget: videlicet nemini deuotior, quam illi magistro (puta S. Bonifacio) quem sequi ab exordio cœperat: illique familia quæ magistris sua institutionis imitatrix, vbinobilis habetur. Porro crescente deinceps S. Solæ patrimonio, quo tardius idheredes cernerent, interuenisse quidpiam cupiditatis vel ambitionis apparebat. Nam ex actis sancti Sola manifestum est à Guntramo regis Caroli an Ludouici capellano, cellam cum basilica & oratorijs hospitaliter in sessam & administratam. Creuerat Guntramus is à pueri Fulda in liberalibus disciplinis ac pietatis artibus, Rhabani ex fratre nepos, inde maturior à monasterij gremio diaconus abstractus & Palatinorum cohorti associatus, in asperima illa juga montium concesserat regum iussu, prefectus curie sancti Sole. Quo facilius inde impetratum reor a patruo, ut justa tandem is publica donatione in auitam possetronem vel postlimmo veniret. Enimvero, quo ex tempore Rhabanus cellam hanc adeptus est, omnibus inde securis atatibus, abbas Fuldensis praepositos & hinc ex sui monasterij corpore constituit, & monasterium id plenosibi jure subiectum habuit. Situm est verò in Eistadiensi diœcesi apud riuum Altmonam piscibus fœcundum, qui Danubio receptus, vulgo nomen Altmullem jam olim habuit, in ea soliregione quam Marcgrauij Anebachensis stirpis Brandenburgiae insident. Celle domicilium, cum oratorijs & basilica Ermanricus in sualæ pago, Francorum more, describit, celissimo montium jugo ab occasu circumdatum, & uno vix angusto trahite periuum. Riuus Altmona subter ex septentione labitur in austrum, versus Orientem Solahofum lustrans. Circum ager arte cultorum quam natura serrior, tædis arborum ac pice frequens. Donationis vero à Ludouico Pio factæ, tenor est eiusmodi.

Luduicus diuina ordinante prouidentia Rom. Imp. Augustus.

Sicut inter mortales mutua beneficiorum collatio, gratiam atque amicitiam conciliare solet, quanto magis per id quod in sanctorum & jam cum Christo regnatum martyrum in calis honorem, quilibet de rebus ex diuina lar-

uina largitate concessis conferre curauerit, credendum est promereri, & sancto eius patronos & intercessores fieri. Beati sunt qui hoc deuota mente comple- rint. Quapropter notum fieri volumus, omnium fidelium nostrorum, praesenti- um scilicet & futurorum solertiae, qualiter nos, suggeste vno venerabili Rabano abbe, villam proprietatis nostrae vocabulo Milenhein situm in pago sua- lenfeld, juxta flumen Altmile, quam nos cum alio praedio nostro, id est cum cella quæ Sole vocatur, ad Fuldensem Ecclesiam pertinente, & Altheim villa qua- dam quæ omnia prius in nostra immunitate habuimus, eò quod locus venationis antiquorum regum antecessorum nostrorum fuerit: Bonifacio martyri in ius & possessionem sempiternam tradimus; ea videlicet lege & conditione, ut locus ille sempiterne a Fuldensi monasterio muniatur. Cuius traditionis chartam an- nuli nostri impressione muniuimus, & nominis nostri conscripto charactere con- firmamus.

H
E
L

Anno. -----

Cæterum mansit hæc cella quietis rebus in fide & potestate Fuldensis abbatis atque ad annum Christi cccc cxxvi. quotem pote Ioanne Hennebergensi Comite abbatis munus gerente, ob Godescalci à Buchenau isthic Præpositi parum felicem administrationem Solenhoium reculare præpositos cœpit Fulda submissos, & è suo coetu constituere sibi præfectos, Marcgrauiorum eam in rem adhibens tutelam & auctoritatem. Hæc deinde controuer- sia Romæ & alibi agitata ad annum Christi cccxxix. usque, partes tenuit, donec Georgij Marchionis tandem auctoritate sic di- scussa, ut inter arma filere leges coactæ sint: & hæresis quoque mox superueniens religionem loco detraxit.

Post S. Bonifacij cædem Villibaldum fidum habuit cœpti laboris fautorem & adiutorem. Quin & accolæ de prædijs suis fundos agrisque Solæ consecrarunt, quibus ille institutum cœnobium auxit. Inter hæc prodigijs ingentibus Solæ domicilium & solitudo cœpit illustrari, quando & ijs solem ostendit, quem editis in lucem natura absconderat, & praua claudorum vestigia correxit, & emersas ex inferis laruas mortalium corpora insidentes ab affli- ctis proscriptis, atque in tartara remisit, & jumentum cui Solæ in- siderat, cum adlupi gregiorium insidiantis conspectum expulseret, imperio

Eremoldus Rabani
abbatu Fuldensis a-
uo scripsit sub anno
831. & 842.

imperio sanctissimi viri feram inuasit, calcibus elisit & morsibus confecit.

Tandem cum inter mortales beatam immortalium mentium vitam virtutemque expressisset, III. Nonas Decembres ad cœlitas, quos æmulatus erat, excessit. Corpus eodem loco conditum post multos inde annos à tabe labéque omni intactum & illæsum est repertum, à quo gratissimi diffusi odores spectantium oculos narēsque miris modis pascebant, quibus rebus impulsus Altinus Eystadianus pontifex ab Gregorio IV. Pont. Max. imperavit, ut S. Solæ cœlestes honores decernereceperit. Sic enim Bruschius: *Altinus successit Adelungo: prefuit annis XVII. vale dixit mortalium hominum conuersationi viceima prima Februarij anno domini 858. imperante Ludouico II.* *Obtinuit precibus suis apud Pont. Max. Gregorium IV. ut s. Sola Anglus qui olim cum sanctis viris VVillibaldo & VVunibaldo peregrinatus in eandem prouinciam venerat, ac Caroli M. subsidij Solenhouianum considerat monasterium, cuius primus abbas à Carolo M. constitutus innocentissime illic vixerat (de tumulo leuatus Diuorum numero adscriberetur. De hoc Sola Trithemius. Sola Abbas in diœcesi Eystettensi natione anglicus & discipulus S. Bonifacij martyris, vir sanctitatis eximia, & multarum virtutum, beato VVillibaldo amicissimus fuit, cuius auxilio fundauit monasterium, in quo multititudinem seruientum Deo monachorum congregauit. Circa annos autem domini septuaginta sexaginta claruit: cuius festum agitur IV. Nonas Decembri.*

De anno quo cellæ huius conditor B. Sola obiit, nihil liquet. Utinam Ermenicus qui S. Solam III. Nonas, hoc est, tertio die Decembribus ex vita hac excessisse annotat, etiam annum redemptoris nostri adiecit, obscuræ histriæ multum lucis affudit. Festum S. Sola celebratur in diœcesi Eystettensi, tertio die Decembri, ad quem Molanus quoque in additionibus ad Vsuardum anniuersariam B. Solæ memoriam refert. Itaque Trithemius corrigendus est, eumque secutus VVion lib. 3. Ligni vitæ qui festum eius IV. Nonas hoc est, secundo die Decembribus peragi scribunt. Quid actum sit cum sacris B. Solæ reliquijs, aut quò deuenerint, postquam beati viri cellam seu curiam Lutherus inuasit, diripuit & expilauit, mihi incomperatum est.

S. STVR-

S. STVRMIO
EX NOBILI BOIO ABBAS
FVLDENSI PRIMVS.

1579.
Ex vita Sturmionis
a R. Aegile cōscripta.
Georg. VVicelius ex
M. SS. lasinū amissū
Germanicū excerptiū
editiisque.
Christoph. Bruns-
rus Fuldensis. Antiq.
L. I. c. 3. lib. 3. c. 1.
2. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
Idem in siderib. Ger.
p. 2. lib. singulari.
Serrav. Mog. l. 3. c.
28. annos. ad 6. 32.
¶ 36.
Gaff. Brusch. de Fuld.
monast. p. 57.
Monach. Horstfeld.
Lamb. Schafnab. an
779.
Mar. Sto. eodem an,
qui vocat S. Sturm.
Sigeb. an. 780.
Breniar. Maioris Ec-
cles. M. S.



Nfelix librariorum manus cūm in alijs sēpe tum in veris & proprijs nominibus describendis sēpissime vacillat. Huius sanctissimi viri patria appellatio erat Sturm, latini variè torserunt, cum alij Sturmum seu Sturmium: alij ineptius Sturnum; alij Sturm & Sturmis, alij demum Sturmionem formant, quam nos inflexionem perpetuò retinebimus, nisi cūm aliena scripta pro testimonio laudabimus. Hic ergo Sturmio apud Noricos, hoc est Boios seu Bavaros (nā à scriptoribus his Norici appellantur) equestriloco (quisbus parentibus, qua vrbe, opidōue non proditur) natus, cum adolescenti suscepit S. Bonifacio magno Pontifici Moguntino Noricum lustrati, & mores hominum ac religionem ad leges Christianas reformati. Monach. Horstfeld. Lamb. Schafnab. an 779. Mar. Sto. eodem an, qui vocat S. Sturm. Sigeb. an. 780. Breniar. Maioris Eccles. M. S. manti passim alij suos, tum Sturmionem parentes literis & virtutibus erudiendum tradidere, qui commoda adolescentis indole perspecta singularem illius curam suscepit, & S. VVigberto presbytero instituendum commisit, in cuius sinu Sturmio educatus, per omnem meliorum artium ac disciplinarum cultum adolescentiam transegit, præsertim ex literarum cælestium fontibus tam liberaliter haufit, ut inundatus rerum diuinarum scientia, mores ab omnibus corporis illecebris auocatos ad omnem sanctitatis laudē composuerit. Christo inde & Ecclesiæ per sacros ordines arctius deuinatus & penitus deuotus, cœpit ex collecto sapientiæ thesauro promere & vicissim alios nunc a pestibus animorum, vitijs dehortari, nunc ad innocentiae & virtutis elegantiam non minus vitae morumque exemplo, quod pauci solent, quam voce, quod pro conacione multi, inuitare. Sed hanc Sturmionis in erudiendis ruderum hominum animis industriam cælum ipsum adiuuit, cum vocem & virtutem illius etiam prodigiis illustrauit, quæ non pauca, ut postea docebimus patrauit. Sed ille sibi nondum visus perfectionis fastigium attigisse, veritus ne in turbis hominum, ipse turba aut turbæ similis fieret, morésque quos emendarat, ipse traheret, cepit consilium ex medio hominum secedendi, séque penitus in aliqua solitudine ubi cum paucis & solis soli Deo votis & precibus & vita rigore

S. STVRMIO.



Qui primus Fulda libauit Sturmio fontes
Noricus è Boia nobilitate fuit.
Sturmio Winfridi sacer et celestis alumnus,
Illiūs è sancto qui habet ore Deum.

Sturmio quo plenus sicutem Saxona tinxit,
Quem docuit leges, quas Deus ipse tulerit.
Sturmio si redreas hodie, name Saxona nosces?
Aut tibi mette paros, aut pater ipso redi.

H

rigore

AVGUSTUS 30

QIV



SIGN

H

rigore corporisque afflictione litaret, abdere. Ne tamen quid absque S. Bonifacij moderatoris ac magistri sui auctoritate cœperet, quod sapientis est, in consilium Bonifacium adhibuit, qui collaudata Sturmionis egregia voluntate, auctor illi fuit, vt in Buchouïe saltu sibi suisque commodam sedem legeret, vbi sanctioribus studijs animum imbueret, mentemque in cælum transferret, & diuinis gaudijs expletet. Sturmio adhortatione Bonifacij magis accensus, abiecta omni cunctatione, ascitis eiusdem vitæ socijs duobus Hersfeldiam ingressus, mapalia, magaliaque commode vti videbatur excitat, ratus occasionem illic non defuturam religioni amplificandæ. Itaque reuersus ad Bonifacium Sturmio locum commendat; casas fixas laudat, opportunumque nemus coepitis studijs arbitratur. Sed Bonifacius longius animo prospiciens, quod sedem illam Saxoni adhuc barbaro & feroci, nec Christianis præceptis mitigato nimium vicinam intelligeret, metuit, ne religiosi homines iniurijs paganorum exponerentur; itaq; Sturmioni impetravit, vti totum saltum jumento obiret, magisque idoneum contemplationi rerumque cælestium exercitationi locum quæret, qui remotior ab hostibus securitatem polliceretur. Paruit monenti Sturmio nemusque omne non sine periculo, quod profuga Saxonum mancipia opacis dumetorum vmbbris se id loci abdidissent. Erat, vt Vicelius narrat, hic Buchouij solitudo, multa in orbem millaria colligebat, & quidquid jam culti sol ab oppidis, vicis, pagis stringitur, vasti & horridi saltus eotempore speciem habebat, in quo nec pecorum pastus, nec mortaliū quenquam sed inania modo cali terra cum belluis ac feris adspiceret. Quo clarius videoas, haec sola terrarum non oppidorum vicorum quen nominibus, que jam supersunt, sed lapsibus potius ac terminis ruorum olim describi.

Hoc igitur omni saltu explorato tandem in Giselæ & Fulda confluentes incidit, nec procul inde quercetum Grezebachensi alveo interlutum aduertit, quod aptissimum religioso domicilio fore judicauit, quo nuncio lætus Bonifacius mox Carolomanum Pipini fratrem conuenit locumque contubernio sacro ponendo impetravit. Collegit is quaqua versus, tanquam decumani agri limes, viginti millia passuum, quæ nostratum milliariorum quatuor vel quinque efficiunt, ad quæ non paruum agri modum Grabfeldiani toparchæ adiecerunt. Aliquot jam annis cum septem soldibus in illa solitudinis vmbra Deo votis precibus, vigilijs, summaque cibi parsimonia operatus erat, cum visum tandem contuberniū religiosi cætus instituendū esse, vt fructus religionis ad plures per-

res pertineret. Ergo deijcere nemus, stragem edere arborum, excidere caudices, extirpare siluam, eradicare stirpes, repurgare humum, & segeti cultuique glebam præparare: ad quam rem ipse Bonifacius non paruum attulit momentum, quando frequenti priorum comitatus turba eod. accessit, & aduenas ad locum complanandum æquandimq; est adhortatus. Ipse interim in vicinum montem, cui postea nomen ab ipso inditum, Episcopi mons est appellatus, in quo & ipse collocato domicilio, quotiescumq; Fulda adiit, ibi rerum cælestium literarumq; sacrarum meditationi operā dabat, & quasi in secessu aliquo vires & cogitationes, per curas pontificij munera in varia dispersas collegit & refecit: sed locum Sturmionis religiosorum multorum frequentia celebravit. Sturmio literarum sacrarum muséum instituit, disciplinam religiosam sanxit, omnésq; ad veterem patrum & potissimum sancti Benedicti leges & normam efformauit, yitis & macelli delicias ab suo cætu omnes proscriptis, vt nemo carnem gustaret, nemo vinum libaret, quoad ex præscripto synodi, præsente Pipino rege, post aliquam multos annos aucta jam & frequentata sodalitate virorū religiosorum, agrorum maximè ratio fuit habita, omnibusq; permisum est, vt vinum & carnes in cibum admitterent, quamquam non pauci in primo vitæ rigore perseverarunt. Sed vt ratio recens inchoati cœnobij Fuldenis optimis præceptis & institutis firmaretur, placuit & Bonifacio & communī sodalitatis, mittere Sturmionem in Italiā & Romanam atq; Cassinum, vt ipse corām florentissima quæque cœnobia lustraret & inde formam sui monasterij componendi secum in Germanias ac Fuldam deportaret: quod ubi Sturmio præsens Fuldenis asceterij magnā cura perfecit, Longobardia, Tuscia, Roma, Casino corām inspectis & diligenter exploratis ad S. Bonifaciū in Thuringiam reuersus rationē itineris exposuit, qui probatis omnibus quæ ad optimos mores, literarum institutionem vitæ sanctitatem pertinebant, imperauit, vt illa ipsa quæ vidisset & obseruasset, apud suos in usū deduceret. Quare diligenter peracta, cœpit aedes Fuldenis in modum per omnem Germaniam terram inclarescere, vt fama cœnobij longè latèque dilata multos exciret, qui se Sturmionis auctoritatip; permitterent, & in vitæ & disciplinæ sanctioris societate cuperent cooptari. Itaq; magnus adolescentū numerus tum ad capiendum ibi ingenij cultum, tum ad mores componendos sese ad Sturmionem contulit, qua re commotus Bonifacius multa prædia agros fundosque ab regia principum munificentia impetrata Fuldeni domicilio adiecit.

*Anno Christi 748.
Ballistar Duxius qui
anno Christi 725.
(n. 4.) missum af-
firmat.
Vide Christoph. Bro-
uuerum in notis ab
Sturm. p. 27. §. 1.
& Eift. Fuld.*

Inter

Inter haec Bonifacius apud Frisios, quibus ē cælo salutem attulerat, dum alios atque alios ex eadem gente ab nefario dæmonum cultu ad æterni numinis cognitionem transferre satagit, impiorum ferro occubuit, sanguine testatus Deū, quem voce prædicarat. Quod vbi Sturmio accepit, Moguntiacum profectus ab Lullo quem sibi Bonifacius successorem designarat, sacrum Bonifacij pignus ex mente ipsius Bonifacij, qui sibi Fuldam, ultimam quietis sedem delegerat, impetrat, & secum deportatum magnifico tumuli mausoleo condit, quod mox apud omnes passim beneficiis & corporum medelis mirifice inclaruit, ut locus magnopere abaduenis & peregrinis coleretur. Interea loci cum Orci tyranus magnam sibi per Sturmionem cladem inferri cerneret, multosque ab improbis moribus ad cælestem vitam ipsius opera transferri, rem non ferendam ratus, ipsum per administrös suos calumnias apud Pipinum regem appetit, tantumque profecit, vt Pipinus cætera tantum non sanctus, sed (vt regum aures ad accusatorum calumnias aperte plerunque & pronæ sunt) delatoribus obnoxius Sturmionem ab administratione cænobij remotum proscripterit, & nescio quo in exilium deportari juss erit. Doluere vicem optimi & innocentissimi præsidis, qui emendatissimam eius vitam ac integritatem perspectam habebant. Sed plus valuit in prælens inuidiosa improborum obtrœctatio, quam anorum præteritorum commendatio. Suffectus est illi quidam Marcus, cui mox exauktorato surrogatus Prezoldus, qui detrectato præsidis onere & honore desiderantibus omnibus Sturmionem, ipse causam apud Pipinum Sturmionis egit, docuitque optimum præsidem prater ius fasque deiectum & eiectum; virum esse sanctum, cui nullus parvus prudentia vel vitae sanctitate possit inter sodales repetiri, qui cæteris cum tanto fructu præsit. Proinde se & suo suorumque communem nomine etiam atque etiam rogare, velit jubeatque Sturmionem reduci, pristinoque honoris & dignitati restitui. Placuit Pipino & modestia recusantis magistratum, & sodalitatis totius affectus sum præsidem repetentis. Itaque receptum in gratiam reducem Sturmionem ampliore etiam deinceps amote & honore complexus Fuldensi contuberchio pro omnium votis iterum restituit præfecitque. Exceptus est à communis fratrum singulari ceremonia occursumque publica supplicatione, prælata signa, præcentum carmen. Sed Sturmio tum vel maximè animum ad religiosam disciplinam sanciendam applicuit, mortisque suorum ad omnem pietatis & virtutis modum effingere pro virili conatus. Dein

H 3

etiam

etiam ab animorum cultu (qui meritò auratis etiā tectis præferendus, quibus à veris Dei cultoribus vera reuerentia cultūque additur) ad ædes sacras conuersus lustravit an sartæ tectæ essent, templumque subductis tibicinibus, cœpit justis columnis fulcire, fastigium instaurare, cœnobium reparare, aquam è Fulda amne cuniculis in cœnobium deducere, mausoleum S. Bonifacio illustre & multo resplendens auro condere, ab regibus Pipino & Carolo magno Omenestadium & Hamelburgum pagos, aliisque prædia impetrare & miris demum modis omnia augere, ornare & expolire. Inter hæc Pipino ad regnum nunquam finiendum, yti spes est, profecto, Carolus M. hæres regni & Imperij Romani conditor, cum Saxone tricennale ferè bellum gessit, cum identidem victus Saxo victoris jugum conaretur excutere, mox vincendus & rursum grauiore bellico premendus, quo ad manus daret. Hunc populum ut Carolus ad leges capiendas & constantiam animi adduceret, cœlestibus disciplinæ Christianæ præceptis instituendum curauit, quibus simul ad mansuetudinem Christianam à barbara feritate traduceretur. Itaque quod Diuus Bonifacius Martello aucto & Pipino patre Caroli cœperat, id ut Sturmio pietatis opus prosequeretur Saxonesque adiret, illisque cœlestem Christianæ philosophiæ sapientiam traderet, Carolus imperauit. Magna pars gentis adhuc Marti aliisque monstris orcinianis impiè faciebat, quæ operâ Sturmionis eo dedueta est, ut ipsi suis manibus numina sua seu torno rotunda, seu luto facta, seu saxo excisa, seu foco deniq; cocta fusaque metallo ex diuinitatis affectata sede depulsa, conuulsaque pedibus protererent, comminuerent, eliderentque lucos sacrilegos extirparent & supremæ numinis maiestati ædes sacras molirentur. Sturmio alter secundum Bonifacium parens & conditor Christianæ religiosis habitus cultusque Fuldam demum ad suum cœtum cum uberrimo operæ prouentu reuersus est. Sed terram Sturmio coluerat parum & altam & pinguem, quæ sementem quidem lœta accepit, sed radices agere passa non est. Nam tumultuante rursum refractario & contumaci populo, suaque ad saxa colenda, quibus non mollior ipse aut melior fuit, reuertente, atque Christi sectatores impiè cädente, Sturmio primùm jussu Caroli Eresburgum concessit, sed mox offensa grauiter valetudine Fuldam rediit, ibique in suorum (quibus ultima & optima religiosæ vitæ monita edidit) complexu lacrymisque & suspirijs xvii. Cal. Ianuarij anni Christiani 1000. vel ut Siegherto placet, 1000. extinctus inter cœlum sideral lucere cœpit. Nec desit interim apud mortales sancti-

tatis præteritæ signa ad tumulum prodere. Fulda suo coenobio velut mausoleo illatus & in album diuorum, trecentos & vnde sexaginta post annos ab Innocentio II. in Concilio Lateranensi cœcumenico c. 1033. relatus.

Elogia de Sturmione, sanctorum & magnorum virorum emblemata aliisque nonnulla cognoscere apud Christophorum Brouuerum in Fuldens. antiquitat. & notis ad vitam eius. Nobis vitam compendio tradidisse satis est, cui ex Breuiario M. S. Ecclesiæ Fuldensis maioris fidei facienda lubet hæc ad verbum apponere; quibus cum alia multa, tum admiranda quædam in ægros & energumenos facta attiguntur. Sanctus ac venerandus Archiepiscopus Bonifacius Noricam regionem ingressus, cum populos gentis illius, licet Christianos ab antiquis tamen paganorum contagis ac peruersis dogmatibus infectos, salutribus Christi doctriinis instrueret, cœperunt ei certatim nobiles viri in seruitum Domini nutriendas suas offerre fiboles. Inter quas Sturmim nomine, Norica prouincia exortum, nobilibus & Christianis parentibus generatum, diuinis legibus suscepit imbuendum. Puer itaque beatus psalmis lectiōnibusque quamplurimis tenaci memoriæ traditis, sacram Christi scripturam spirituali sensu cœpit intelligere; quatuor Euangeliorum mysteria studiosissime addiscere, nouum quoque & vetus testamentum, in quantum sufficiebat, in cordis sui thesauro vigilanter recordere. Erat quippe, ut scriptum est, meditatio eius in lege Domini die ac nocte; profundus in sensu, sagax in cogitatione, pulcher affectu, honestus moribus, vita immaculatus, charitate & humilitate conspicuus. Post non longum vero temporis, omnium voluntate, omniumque consensu presbyter ordinatus, Christi jugiter in corpore ferens crucem, sacerdotij nomen cœpit bonis artibus adornare. Nam sacrae virtutes per diuina sancti Spiritus charismata, siebant ab eo plurimæ: in Dei quidem nomine immundorum spirituum habitationem à Christianis expulsi: per impositionem manus, & humilem orationem, agrotos sanauit: & armis spiritualibus perornatus, lorica justitiae circumdatus, scuto fidei munitus, gladio verbi Dei accinctus, ad certamen contra diabolum processit. Cumque vir sanctus annis tribus presbyteratus sui officium gereret in plebe, cœlesti inspiratione secum cœpit reueluere, ut acriori se ritâ & eremis qualore constringeret. Huius pie meditationis memoriam, singulis momentis & horis gerebat in pectore, donec diuina admonitione instructus, viro Dei Bonifacio Archiepiscopo, quid animo gereret, reuelauit. Quo comperto, vir sanctus à Deo hanc inspirationem descendisse intellexit, confidensque per eius industriam ad effectum posse reduci, quod ipse diu mente conceperat, misit eum, adiunctis alijs nonnullis in siluam que Buchonia dicitur, ad locum videlicet, ubi nunc situm est Fuldense monasterium, ut extirpatâ nemorum densitate, aliquos Deo famulantes ibi congregaret; quibus & ipse p[ro]p[ter] patris officio praefesse studeret. Venerabilis itaque Sturmus abbas

anno decimo postquam Fuldense fundauerat cœnobium, & ibidem multos inferuitum Dei coadunauerat, sanctique ac Deo dilecti magistri sui Bonifacij triumphum passionis consummatum esse cognoverat, destinatus a rege Pipino ad gentem Saxonum jugo fidei ubiugandam, modis omnibus curam adhibuit, ut populum Domino non paruum acquireret; instantisque opportune, importune, docebat eos, ut idola & simulacra vana derelinquerent, & Ecclesias edificarent. Cuius p[ro]ædicationis instantia dicta gens Saxonum mollita, Domino credit, & a beato viro Christianæ religionis initia sumpsit. Confortatis verò multis in fide rediens a prædicatione, regressus est in Fuldense cœnobium, gratiisque suis ad videndum fratribus aduenit; cum quibus quotidie in augmentum spiritualium virtutum semel exercens in omnibus actibus suis se eis præbuit exemplum.

P. 88. in vita.

Addit de reliquijs & temporum notis Brouuerus: Interea inquit, propius inspiciendi copia fuit, cum anno C I C I C X I I . XII. Martij gratiam Serenissimi Duci Bauariae Guillelmi aliquot Sanctorum tumbe reformatæ sunt. Observauit huius sancti corpus prægrandibus fuisse contextum ossibus, quorum compluria ex templi ruina apparebat exportata. Nam ossibus permixta iacebant fragmina laterum ex quibus vetus sepulcrum extructum decorè fuit: opere teectorio & levigato. In plano vnius lateris minio & rubrica fucati ductus animaduerit literarum & inscriptionis hoc caput.

S. Sturmi abb. Fuld.

Temporum notæ in vita S. Sturmionis tanquam canones, expressæ.

Anno incarn. Christi 10CCXLIV, regnantibus in hac gente Francorum, duabus fratribus Karlmanno & Pipino, Indict. XI, mense primo, XII. die mensis eiusdem B. Sturmius sanctum Fuldense monasterium ingressus est.

IV. ingressonis anno ad locum prædictum Romanam profectus est.

II. anno peregrinationis Italicae regressus est.

X. anno labente, postquam S. Sturmius ad hunc sanctum commigravit, cum S. Bonifacius regis & Christianorum consilio ad veteriora Frisonum loca ingressus est, sequenti anno martyrio affectus.

Anno incarn. Domini 10CCCLXVII, regni sui XXIII. mortuus est Pipinus pater Caroli M.

Anno IV. regni, Carolus initio seruorum Dei consilio in Saxones expediti nem primam instruxit, assumptis ad gentis conuersionem uniuersis sacerdotibus abbatibus presbyteris &c.

Anno XXIV. depositionis sue Bonifacius metu Saxonice irruptionis tumultu leuatus est, Christi scilicet 10CCCLXXVIII, vel LXXIX.

S. VII.

S. WILLIBALDV EPISC. AISTETENSIS.



Nulla domus tanta transmisit ad cetera gentes.
Aureati sedis quam Willibalde, tua.

Nota patris sancti pietas ex regibus orti,
Notus germanus, notaq[ue] sancta soror.

Notior his toti diuinus amunculus orbi;
Et noti comites, notaque tota domus.
Prae tamen his placuit tibi missus ad astra Nariscus,
Auditorum celi te, Willibaldo, negom?

S. VVIL-

DE 2 AVITIBIALEDO EPISC. ET STELLENI

E WETTERWALDAS EPISC. VESTELENSE



5. JULY.

S. VVILLIBALDVS

EPISCOPVS EYSTETENSIS.

Natus est S. VVillibaldus apud Anglo saxones, in Anglia inquam, anno post virginis partum septingentesimo quarto. S. Richardum patrem habuit aut regem aut certe regia stirpe natum, quod vero propius Bonnam quae S. Bonifacij soror fuit, matrem tam sancta stirpe tam sanctum pullulasse surculum nil mirandum. Vix triennium vixerat, cum visus puer ad mortem properare. Morbus diuturnus & importunus infantis corpusculum adeo sensim extenuarat, ut vix ossibus hæret, neque spes recipienda valetudinis supereret, neque modus restituenda apparet. Ab humanis ergo auxilijs ad cælestem medicum vitæ simul auctorem, & conseruatorem à parentibus per preces votaque accursum est, cui puerum si viueret consecravit, seniorēmque religioni addixerunt. Videlur numen hac sibi via VVillibaldum vindicasse, ne curis rerum mortalium haustus, salutem in naufragij discrimine poneret. Nam simul VVillibaldus jam sextum annum ingressus, ad S. Crucis figurum in prædio pro more gentis Saxonum defixum, à parentibus Deo deuotus est, ingenti cū suorū gaudio reualuit. Sanū illicò per Theodoreum virum, quā fide qua pietate insignem, ad contuberniū VValtheimianū liberalibus disciplinis & virtutibus ad omnē religiosæ vitæ sanctitatem erudiendū mittunt, adeoque Deo simul totū despondent. Præter Egobaldus cœnobio opinione virtutis venerandus, qui cum puerum quamvis regiū, per ætatem in cœtum religiosorum virorum admitti ex veteri disciplina non posse sciret, tem ad consilium patrum retulit, qui extra ordinem & leges deuotam Deo victimam admittendam censuerunt, non vt de subito in monachum tonderetur, aut vestem mutaret, sed literis duntaxat primum excoletur, & ad omnem virtutis cultum eruditur, vt intersanctos viros puer sanctus adolescentet. Cùm ex ephebis excessisset, desiderio Christi in terris versantis incunabula vestigiāque visendi ictus, institit apud patrem, vt se Hierosolymam deduceret. Sed cum aliquandiū pater hæreret, nec consilia expediret, coniugem, liberos, familiam aliāque excusaret (nam de regno patris, nullain rebus à S. VVillibaldo gestis est mentio, quod modestiæ causa factum arbitrantur, cum illa quæ vitam scripsit ex eadem stirpe nata

1000 LXXXI.
Nonis Iuly.
S. Walpurgis seu
qua alia anonyma
virgo consanguinea
S. VVillibaldi Hei-
denheimensis in Ho-
deporico.

Anonymous de eodens
ex M. S. cœnobij
Windberg.
Trithem. l. 9. de vir.
illust. ord. S. Bened.
Brusch. de Ep. Germ.
p. 117.
Martyrolog. Rom. 7.
Iuly.
Baron. an. 750. ex
Lucensib. monum.
Wolfg. Selend. in
SS. Ratifpan. M. S.
Gretserua in Epistola
diensterna.

nata esset, & consilio pro more sanctorum nobilitatem, genūisque & nomen regium taceret) tandem Richardus filij pietati morem gerens, commissa coniugi filiaeque rerum domesticarum cura, se cum geminis liberis, & non parua manu in viam dedit, & Hameleæ consensa celoce mare traiecit, ex quo facile intelligas ex Britannia soluisse, rectâque Italiam petiuisse. Sed pater natu magno Lucae in Tuscia morbo absuntus peregrinationis & vitæ finem fecit, & in sancti Frigidiani æde compositus, epitaphioque honoratus est, quo posteritas quis Richardus, ynde domo, qui liberi docetur, nisi quod de rege in dubium vocatum & à Baronio reuocatum. Est autem Epitaphium admodum rude

Temp. Xo addit.

HIC REX RICHARDVS REQVIESCAT SCEPTRIFER AL-
MVS
REX FVIT ANGLORVM, REGNVM TENET IPSE PO-
LORVM:
REGNVM DIMISIT, PRO CHRISTO CVNCTA RELI-
QVIT.
ERGO RICHARDVM NOBIS DEDIT ANGLIA SAN-
CTVM,
HIC GENITOR SANCTÆ WALPVRGÆ VIRGINIS ALMÆ,
ET WILLEBALDI SANCTI SIMVL ET WVNIBALDI,
SVFFRAGIVM QVORVM DET NOBIS REGNA POLO-
RVM. AMEN.

VVillibaldus & VVunibaldus justis patri funebris perfolu-
tis, Romæ principum Christi Apostolorum cineres venerati, ibi-
dem reliqua hieme ad ferias usque paschales permanesere, perindé-
que vixere ac si in septis claustrorū inter religiosos viros degerent, i-
psi sibi lex, presides, magistri, discipuli, moruq; disciplina lactatus
interim uterque ardentí febris æstu, cuius tamē morbi vires ita celestis
juxta medicus ac pater temperauit, ut altero decumbente, alter
valeret, sorteque inter se valetudinis & ægritudinis permutarent, ut
uterque haberet & segetem patientiæ & mutuæ charitatis explican-
dæ argumentum. Sed VVunibaldo placuit Romæ subsistere.
VVillibaldus secundum pascha septem comitatus popularibus,
Roma profectus Caietæ nauem concendit, quam Beneventi de-
stituit, cum illic onerariam Aegyptiam offendisset, qua vectus Rhe-
gium Calabriæ urbem, inde in Siciliam traiecit, ubi Catanæ S. Aga-
thæ nobilissimæ Virginis (quæ sanguine legem Christi celestem
recisis etiam ab tyranno papillis sanxit) sacros corporis pulueres ve-
neratus, velum illud (sacræ virginis opinor) magna cum religione
contem-

Regiam habet vita.

contemplatus est, quod à ciuibus Aetnæ prætenditur, cùm ab i-
mo monte fundamenta voluuntur, & exusti cineris nimbus cùm
horrisco fragoris tonitru effusus omnes circa agros inundat, ope-
nitque tecta, pagos, opida; sed simul illud infestum immensumque
incendium, velum aspicit, iras frenat flamarumque globos in se
reuoluit & retorquet.

E Sicilia profectus VVillibaldus per Adriam Coon Insulam
Hippocratis patriam attigit, deinde Samum, deinde in Asiam præ-
terita ad sinistram Corintho traiecit; vbi Ephesum lustrauit, se-
ptemque altera mundi miracula, fratres adhuc sopiaos admiratus,
sancti quoque Iohannis vestigia sectatus, demum progressus Pata-
ris in hiberna secessit; primoque vere Mitilenam peruenit vbi duos
in perugili statione offenderunt stilitas. Hic VVillibaldus cum
popularibus ingenti fame pressus propè vitam desperauit, elueta-
tus tamen ex hoc malo cælesti magis quam humana ope Cyprum
nauigauit, sanctique Epiphanij monumentum coluit. Inde alia
atque alia loca terrâ marique peragratus Emesam peruenit, ingress-
susque ædem S. Ioannis Bapt. quam illius nomini D. Helena Augu-
sta considerat, religiosissime prodromum Christi veneratus est.
Hic cum septem suis comitibus ab Saracenis comprehensus & in
vincula raptus institoris Christiani beneficio in carcete submisso
prandio & cena liberaliter habitus est; vti Deus semper adest affli-
ctis, qui numquam cælesti ope suos destituit. Nam ad reliqua
beneficia mercator bis per hebdomadem solitabat mittere filium
suum ad VVillibaldum, & socios qui diebus Mercurij & Sabbathi
eductos ex vinculis ad balneū deduceret reduceretque hæc quip-
pe charitatis & curæ corporis officia captiuis non negabantur. Ter-
tio quoque die eosdem prosecutus est ad templum, adeò mitis erat
custodia, & perviam ac forum, vbi venalia ad usum vitae multae e-
rant proposita, quæsiuit, quid magnopere illos vel delestant, vel ca-
peret, paratum se precium adnumerare quicquid desiderarent. Sed
nil gratius futurum erat captis, quam vt nexu vinculorum solue-
rentur, quod tamen ille quamvis vehementer laboraret, impetra-
re non potuit. Interim quoties per viam incedebant, incolæ &
formæ elegantia & cultus honestate capti (erant enim vt è regia stir-
pe oriundi & viridi florentique ætate, ita vultu decori, & veste mi-
nimè vulgari) ad fluebant, vt oculos peregrinorum spectaculo pa-
scerent. Inter hæc homo Hispanus ad vinclitos reuisit, curiosèque
omnia percunctatus, qui, vnde domo, quo casu eo delati essent
cum ex ultima Britannia, qua sol occidit, eos venire & Christi cul-

Milrena habet co-
dex, quam Mistile-
nam conycio.

tores esse didicisset, cum nauarcho palatium adjit, fratrémque qui regi pagano à cubiculis erat, conuenit, statúmque captiuorum exposuit, vñaque tres ad regem admissi pro nexis deprecatisunt. Qui vbi & patriam illorum & caussam aduentus cognouit, vt gratis ē custodia mitterentur, imperauit. Qui gratijs Deo superisq; actis mox inde Damascum profecti, S. Ananiae qui Paullum docuit, tumultum coluere, nec procul ab vrbe sacrarium intrauere, quo loco olim D. Paullus totius orbis docttor, à Christo cælesti lumine circumfusus, sectā Iudeorum desertā, castraque Christi secutus Damascum deductus est. Hinc digressi Galilæam, Nazarethum & illud arcanum Virginis domicilium, (in quo diuinum filij Dei numen virgo Gabriele internuncio, virginēo vtero concepit) templo circum datum venerabundi perlustrarunt. Exin Chanam adiere opusq; nobile D. Helenæ Augustæ spectarunt, vbi virginis filius sex aquales, aqua plenos in optimum vini laticem, rogante matre conuertit. Vna ex his hydrijs inuersa, ad vsum altaris accommodata est. Erant enim in formam lapidum sepulchrallium, si inferiorem illarum partem spectares, quadratæ, singulæque binas aut ternas metretas, magnum nempe vini modum capiebant, de quo copiosius ad Martialem disputauimus. Inde progressi ascenderunt rupem Thaboream, super quam Christus cælestis gloriae splendore circumfusus, clarāq; in luce refulgens tribus Apostolis arcani mysterij conscientijs æternæ felicitatis gustum propinavit. Et illic sacra ædes locata est, Mosis Heliæque venerationi inscripta; locum accolæ sanctum montem appellant. Ab hoc alia atque alia Christi in terra degentis vestigia recognouerunt, Tiberiadem, Magdalum, Capharnaum, Corozaim, Iordanem, in quem tanquam sacram & Christi contactu religiosam vndam VVillibaldus corpus ablendi gratia descendit. Post Hierichunta S. Eustochij virginum contubernium medio inter Hierosolyma & Hierichunta interuallo: nisi malis S. Eustachij legere, de quo in fastis Romanis xii. Octobris. Inde progressus Hierosolymam contendit, montémque qui ab oleis oliueti cognomen tulit, concendit: vt & locum, vbi Christus in crucem actus, scelus omne generis humani, sanguines suo diluit, seséque patri cælesti victimam obtulit. Helena montem Hierosolymis junxit, communib[us]que moenibus inclusit, magnificum opus S. Crucis molita. VVillibaldus tres cruces extra templi septa foris arcu tectas aspexit. Nec procul inde conditorum CHRISTI in saxum recedens diligenter contemplatus Hierosolymaque regressus, quicquid religiosum sanctumque foris intulit;

*Alius hydria in-
uersu planu inflat-
menſa.
Nota formā sex hy-
driarum seu aquali-
um contrā quam vul-
go pinguntur; sed
quam nos vere ad
Martialem expreſſi-
onem.*

summa cum veneratione ter quater reuisens exosculatus est. In sede S. Matthiae ad Gazam dum rei diuinæ solemnni ritu factæ interest VVillibaldus, lumine repente captus, post alterum demum mensem Hierosolymam ad S. Crucis reductus, recepta facultate videndi, solem demum latus respexit, omniaque sacra & sacraria obeundo per excursionem Tyrum, Sidonem, Prolemaidem, Sebasten, totamque Samariam lustrauit, quartumque Hierosolyma recurrens, redijt Tyrum, vbi consensa naui Constantinopolim delatus, ibidem biennium hæsit, delectatus sacris Andreæ Timothei, Lucæ, S. Ioannis Chrysostomi tumulis, ad quos assiduas preces fudit. Vedit & Nicæam templumque in quo trecentorum decem & octo patrum erant icones, qui concilium Nicænum præsente Constantino celebrarunt. Inde Siciliam, Calabriamque & Rheygium gentis caput repetijt, inspexitque vulcani Insulam Theodorici regis miraculo claram, flammisque æternas eructantem, S. Bartholomæi ædem sacram; Neapolim, vbi S. Seuerini corpus seruatur: post Capuam & Tyanam, tandem Cassinum ad nobilissimum S. Benedicti cœnobium peregrinationis septennialis, decennalis à patria, metam cum Diaperto ultimo itineris comite (Damasci enim inter se auulsi, alij alia via rediere) reuersus est. Cassini decem annos in religiosa vita sub Petronace egit, nullis adhuc sacris, vt videtur, initatus, nam primis duobus annis in cœnobia exactis, per octennium ianitoris officio functus est. Exacto decennio Romam Hispano presbytero comes additus reuisit; quem Gregorius Romani nominis tertius, ad se accersitum, de Hierosolymitana peregrinatione, multa percunctatus aperuit demum illum à S. Bonifacio expetitum, rogatumque sc, vt illum è sancti Benedicti cœnobio euocatum ad ipsum mitteret, quod eius operam magnopere in Francorum gente ad veram religionem instituenda desideraret. VVillibaldus se in verba Petronacis præsidis S. Benedicti jurasse respondit, ipsius bona venia iturum, quocunque Pontifici videretur. Gregorius absque metu parere eum sibi posse docuit, cum & ipse Petronax antistes ipsius, in sua sitauctoritate & potestate. Tum VVillibaldus nihil moratus, paratum se pontifici promptumq; ad omnes quas vellet, vrbes, vel partes orbis obeundas obtulit. Profectus ergo Roma VVillibaldus, redijt Lucam, vt cineres patris extremum salutaret, inde per Ticinum & Brixiam in Noricum ad Vtilonem Boiorum principem peruenit; apud quem septem dies diuersatus, cum Suitgero dynasta nobilissimo non modicum agrimodum Ecclesiæ, bona principis

principis Vtilonis venia addicente, auctore & duce Vtilone ad S. Bonifacium Moguntinum pontificem profectus ab eodem Eystadium siue Aureatum remissus est vt locum contemplaretur, satisne ad sacram inibi sedem construendam placeret. Fundos enim suos Suitgerus S. Bonifacio vltro ad rerum sacrarum & Ecclesiæ usum obtulit, vti & Vtilo agrum Frisinganum, vbi sedes pontifica jam ante fixa erat & ab D. Corbiniano procurata. VVillibaldo Bonifacius assignauit Eystadianum. Erant id temporis ibi horrida querceti tēsqua omniāq; ab cultu humano abhorrentia, nisi quod ædricula magnæ Dei matris illic celebraretur. Cum locus arrisficeret, repurgato saltu ad humanum tandem cultum est accommodatus; nomen à queru accepit. Inter hæc Bonifacius Fruxinum accessit, quem VVillibaldus cum Suitgero mox adiit, simūlque cum Bonifacio Eystadium reuersus ab eodem sacris maioribus fæderati. Cal. Sextiles ferijs Mariæ Magdalenæ C H R I S T I YNCTICIS iniciatus est. Inde vertente anno ab S. Bonifacio in Thuringiam evocatus ad VVunibaldum diuertit: sed à S. Bonifacio S. Burchardo & VVizone collegis præsentibus in pontificem Eystadianum primum Sulzburgi in Turingia consecratus est, anno post orbem a C H R I S T O receptum septingentesimo quadragesimo quinto, cum ipse primum supra quadragesimum ageret, & quinque annos puer domi cum parentibus vixisset, quindecim in monasterio VValenheimensi ab Egbaldo antistite ad literas & omnem virtutis cultum eruditus, decem deinceps in peregrinationibus & itinere Hierosolymitanus, totidemque apud Petronacem Cassini in S. Benedictifamilia, vnu Eystadij ante pontificatum, consumisset. qui in sumam collecti, vnum & quadraginta constituunt. In pontificatu deinceps sex & triginta vixit, ita vt septimū & septuagēsimū annum attingeret. Bonifacius pontificem Eystadianum à se proximum continebat, qui que se absente vicem Archiepiscopi fungeretur, primusque in pontificum confessu sententiam diceret. Adiecit & insignem eius honori epomidem, quam Ecclesia Christiana Humerale, Hebræa rationale dixit.

VVillibaldus primum omnium contubernium sacrum ad modum S. Benedicti Eystadij instituit, in quo ipse cum sodalibus suis vitam ad eandem formam & leges, quantum permittebant occupationes pontificiæ, exegit. Dein Heidenheimij VValpurge forori & VVunibaldo fratri cœnobium extruxit. Hæc enim id æui princeps cura erat pontificum, vt quam plurima ponarent cœnobia, ad quæ ardens juuentus è turbarum strepitu velut è naufragis,

fragosi, pelagi tempestate ad salutis portum properaret, in quo tu-
cum ad cælum receptum haberet. Ipse demum VVillibaldus, vti
dixi, post fratrem & sororem, annis, senio, laboribus fessus, cum
imincresibi diem supremum diuinitus cognouisset, è terris ad cæ-
lum Nonis Quintilis 1000 xxxi, latus emigravit, Diuis, annis
post ducentis & octo per Leonem VII. accensus. Mira quæ mor-
tem eius sunt secuta, describit Philippus in VVillibaldo, quæ non
est mei instituti adjicere, qui acta vitæ potissimum exc-
qui confueui, non quæ vitam tem-
pora sunt insecura.

FERRAR. p. 133 & seq.



S. HILTE.

I.

S. HILTEGARDIS

REGINA, COENOBII CAMPIDONENSIS

CONDITRIX.

12CC1 XXXII.

Prid. Cal. Maius.

Lambert.

Marian. Scotia.

Eginhard. in vita

Carol. M. ed. anno.

Frspurg. p. 267. in

Carolo M.

Anon. Franc. ve-

teres. p. 11 16.

Ebermar. an. 770.

783.

A mon. l. 4. c. 69.

p. 205. & c. 75. p.

212.

Theganus c. 2. p.

296. & 297.

Vita Lud. Pq. p. 338.

Sangall. l. 1. p. 363.

de re, nec eius consecratione narrant, nisi quod Theganus beatissi-

C. p. 371. 374.

419. de Desiderio fi-

bia repudiata t. 1.

aut. leit.

Regino anno 780. &

783

ipi sunt antiquis.

De ead. recentiores.

Bruschius de monast.

Germ. p. 25. & seq.

Martia. Cris. Sue-

nic. l. 12. p. 316. &

seq.

Hund. Geneal. Tito

Stemmatum lib. pag.

22.

Nicodem. Frischlin.

operū locū. p. 226.

post drama de Hilt-

garde.

Cufpin. in Carol.

Panuinius in codem.

Speculum exempl.

240. dist. 4. ex 3.

Sebast. Munster. l. 3.

Chron. Andec. p. 12. c. 3.



Est statim in limine. Lector, offendas, noueris in fastis
sacris Hildegardin virginem Binganam legi, diuersam
planè ab hac nostra, ut quæ trecentis septuaginta præ-
ter propter, aënis post hanc nostram Hildegardin, con-
iugem Caroli M. S. Bernardi demum æuo vixerit,

cùm nostra anno 12CC1 XXXII. regnum & vitam cum morte com-

mutarit. Alterum est quod monitum velim: hanc de qua in

præsens agimus, Hildegardin in nullis tabulis Ecclesiasticis, quas

quidem ego cognoui, sanctis accensam, prænomen tamen Sanctæ

& titulum in chronicō Mindensi, Andecensi & fortasse etiam in

Campidonensibus monumentis, quæ nondum licuit videre (nisi

Theganus c. 2. p. quæ apud Bruschium, Munsterum, Crusium & hoc genus recen-

tiores rerūscriptores extant) legi. Antiqui auctores omnes nihil hac

Sangall. l. 1. p. 363. de re, nec eius consecratione narrant, nisi quod Theganus beatissi-

C. p. 371. 374. mam reginam vocet. Neq; hoc (quod fere caput est rei) non mo-

nendus es, in acta vitamq; Hildegardis prodigiosa fabularum mon-

str., qualia nec Phryx olim fabulator cogitauit, nec Phædro in men-

tem fuerunt, nec in Parnasso Ascræus somniauit, irrepisse, & à qui-

busdam in historiam, tanquam certa legitimaque recepta admisſa-

fi. que, cùm princeps & sanctissima lex historiæ sit veritas. Ergo ne

lectorem meum perauia & inuia ducam, omissis omnibus Aesopi-

Germ. p. 25. & seq. cis fragmentis Frischlini, Crusij, Bruschij & aliorum, recto limite ad

Martia. Cris. Sue-

nic. l. 12. p. 316. & certa & vera contendam.

seq.

Hildegardin Hildebrando Sueuorum Duce & Regarda he-

roinâ, domio Bauarâ, in monte Andecensi, qui in Boica, hodiéque

sanctorū religione & mira uilis inclitus est, natam ferunt. De pa-

rentibus Hildegardis ita accepiimus ex monumētis Andecensibus,

& Campidonensibus, si verus Munsterus, Bruschius & alij. Est oppidū

istud Campodunum peruetustum, quod ante Christum natum appellatum fuit,

ut aliqui scribunt, Vermeta, deinde Trettica, tertio, Vertica, & vltimo Campi-

dona. Habuit etiam vetustum castrum montanum Hyllamont appellatum, quod

Sebast. Munster. l. 3. olim inhabitarunt quidam duces Suevie presertim Egerius, qui ad fidem Chron. Andec. p. 12. c. 3. Munst. l. 3. p. 362.

fud

S. HILTEGARDIS.



Syrmata quam tragicō plorarunt moestā cothurno,

Nil tragicō dignum Syrmato p̄fusa fuit.

Chara Deo semper, nunquam non chara marito,

Quos sociatus amor, disociat̄ set amor?

SEMPER INIQVA FUIT REGINIS FAMA, Sichari

Hoc docuit coniux quā Tyrus alma tubit.

Hoc et quam Gratus deuexit Colchide Iason;

Insontem viates lā sit uiramp nocens.

S E H I L T E G V R D I S

D E A H I L T E G V R D I S



fuit conuersus: Deinde post eum atque ex semine eius nati sunt dux Gottfridus dux Hobingus, Nebus, Imaus, Hildprandus, qui potens factus est in Suevia & llergoia. Sustulit ille ex Regarde uxore sua natione Bauara, in monte Andex filium Ulricum nomine, qui postea factus fuit Episcopus Lausanensis, & filiam nomine Hildegardin, quae nupsit Carolo M. genitique ei quatuor filios, Carolum, Pipinum, Lotharium, Ludouicam, & quatuor filias, Gertrudim, Gisellam, Bertham & Hildegardim. Habitauit dictus Hiltprandus aliquando in Andex, aliquando juxta Rauenburgum in monte sancti Viti, aliquando in Hylamont prope Campidonam, & filia eius Hildegardis consentiente marito Carolo M. fundauit monasterium Campidonense contulitque eidem comitatum Hylamont cum multis priuilegijs.

Bruschius eandem hoc modo deducit: In hac arce Hylermontana possea Suevæ Duces Hilbrandus, Gotfridus, Hobingus, Nebus, Imaus, & Hildebrandus secundus vixerunt ac habitarunt, ita ut hæc arx auita sedes fuerit Suevæ Ducum, ad tempora usque Caroli Magni.

Hildebrandus iste secundus ducta uxore Bauara domina Regarde except ex ea

D. Adelindin natam in
are Andechs desponsatam
domino Othoni Comiti Tra-
gendifo & Caldariensi fun-
datrix amplissimi Cano-
nistarum Collegij Buchau-
gensi prope Biberacum sita.

D. Hildegardin & ipsam
anno 732. in arce Andecensi
natam ipsa die S. Sabinae,

D. Ulricum gemellum
cum dominâ Hildegarde eo-
dem die natum, qui Episco-
pus tandem Lausana desi-

nondum Cesari desponsatam

fundatrix & monasterij Cä-

gnatus legitur.

*Dereb. gestis ab Eu-
douico Imp. p. 296.
c. 2. ap. Bitham.*

Theganus antiquissimus scriptor nullam facit mentionem
Hildebrandi, nullam Regardæ Boiarie: Qui, inquit, cum in juuen-
tute erat supradictus imperator sibi nobilissimi generis Sueuorum puellam nomine
Hildegardam, que erat de cognatione Gotefridi Duci Alamannorum. Gotef-
ridus Dux genuit Houchingum Houchingus genuit Nebi, Nebi autem genuit
Immam, Imma vero peperit Hildegardam beatissimam reginam. Postquam
eam supradictus imperator in matrimonium assumpsit, genuit ex ea tres filios,
quorum unus vocabatur nomine patris sui Carolus, alter vero Pipinus qui erat
rex super Italiam; tertius vero vocabatur Ludouicus, qui erat rex super Aquitaniam. Dum vinebat pater eorum cum eis, feliciter & cœlititer instrue-
bat eos liberalibus disciplinis & mundanis legibus.

Aimoinus tantum de nobilissima gente Sueuorum oriun-
dam ait.

Eginhar-

Egin. p. 493, in corp.
Frans.

Eginhardus ijsdem verbis eam laudat (*Deinde, inquit, Eginhardus gener Caroli M.*) cum matris hortatu filiam Desiderij regis Longobardorum duxisset vxorem, incertum, qua de causa post annum repudiauit & Hiltegarde de gente Sueorum præcipue nobilitatis fæminam in matrimonium accepit: de qua tres filios Carolum videlicet, Pipnum & Ludouicum totidemque filias Rotrudim, Bertam & Gislam genuit. De quo plura volumine l. in Carolo M. p. 80. v. 4.

Nemo ex antiquis attingit Hiltebrandum, nemo Regardem Boiariam. Sed nimurum hæc minutiora plerique negligunt, nec eo minus Bauaram credimus, cum nullus veterum eius patrem expresserit. Hoc magis mirandum nullum omnino historicum ex antiquis nec Germanicum (quales fuere Hermañus, Vrspagenfis, Regino, Lambertus) nec alios ullam conditi ab Hiltegarde cœnobij facere mentionem, cuius tamen tam luculentæ Caroli M. & Alberti Boiorum Ducas tabulæ extant, hodiéque in chartophylacio Monacensi seruantur, & à nobis cognitæ sunt. Nimurum illi chronologi, Caroli tantum res executi sunt, vxorem nominarunt, res eius gestas tacuerunt: quod non historiam vel annales sed chronologiam scriperint. Ex Boiorum verò sanguine natam certissimos habeo testes, præter Germanicos scriptores ad oram supralaudatos, literas Alberti IV. Boiorum Principis anno c. 1000. scriptas quibus Campodunensis cœnobij tutelam, ab ipso coenobiarcha & contubernio illius toto rogatus, se recipere testatur. Iis in literis non solum Hiltegaridis de languine Boiorum nata scribitur, sed ipsum etiam monasterium in gratiam Boiariæ principum constitutum, ipsosque principes Boiorum hæreditarios cœnobij curatores & ministros esse. Nunquam in principum Boiariæ commodum positum fuisse hoc nobilissimum domicilium, si nulla sanguinis necessitudo intercessisset; & quos sum curatores hæreditarij & tutores petiti, si non eadem propinquitatis causa accessisset. Certum ergo exerrare Theganum, qui patrem nullum, aliam etiam Hiltegardi matrem creat. Literæ & libri contra Theganum ad manum sunt. In quibus & sanctæ nomen refert Hiltegaridis. Videor mihi deprehendisse causam erroris in Thegano. Hildebradus Sueorum dynasta fuit nobilissimus; huic eodem nomine filius fuit. His duobus cognominis, tertius etiam Hildebrandus Comes Andecensis, cui filia fuit Regarda seu Regardis. Hæc nupta est Hildebrando Sueorum seu Comiti seu Duci, Hildebrandi filio. Ex Regarda Bauara Andecensi Comite & Hildebrando Sueo nata est Hildegarda, patre Sueo, matre Bauara, gener Hildebradus Sueus apud

uus apud sacerorum Hildebrandum cognominem in Andecensi creauit Hiltegarde, quæ patria & matre quoque Bauara est, patrem, auum, at auum, abauū habuit Sueos, matrem, auosque maternos, Bauaros. Munsterus tantum vnum facit Hilbrandum, maritum Regardæ, patrem tacet. Bruschius duos Sueos Hildebrandos, quibus addit tertium Hundius Bauarum patrem Regardis, auum maternum Hiltegaridis, quam ego sequor viam expeditissimam ad errores Thegani declinandos, & qui cum Thegano exerratunt. In auro tamen paterno Hildebrando nihil moueo, siue sit Nebus siue Hildebrandus siue Imaus.

Causam positi nobilissimi religiosorum nobilium domicilij non illas fabulosas ærumnas existimarim, sed potius gratam regnamentem, quod ex humiliori statu ad supremum regie maiestatis fastigium ascenderit; quæ coniectura hoc certior est, quod id statim initio regni molita sit. Quo verò modo conditum sit ita

Crusius docet. Ceterum inquit, sic conditum est præsens monasterium. Primum ibi lapidem 1068. posuit, multis illustribus viris præsentibus Rolandus, Caroli M. ex sorore Bertha nepos, Francorum longè fortissimus heros, de quo poemata Italica extant, Orlandus Matthæi Marie Eoiardi amore captus: & Ludouici Ariostifuriosus: nec non statuë Rolandi in quibusdam Saxonicis viribus. Dotavit illud Hiltegarde Alpegouia, id est alpibus adiacente terra, & Segouia, lacubus, vicis, & agris, comitatu denique & vico Campodunensi, atque arce Hillemontana; priora omnia (inter quæ & Grynefurtum tunc vicus, hodie insigne imperij oppidum Memminga) sub se habente: Quæ arx & loca defuncto patre Hiltegarde Hildebrando, habitabantur à propinquis eius Audebrechto, & Berone Comitibus de Brunswiga (aliter Brunswila) dictis. Quibus psalmy corum abrogato alibi prouidit, & omnia contulit omni cum jure in perpetuum, viris nobilibus & illustribus Germania suenda, & religiosis ac literatis, quod videlicet à viro nobili effosione oculorum liberata esset. Hunc autem locum potissimum tunc ad cœnobium construendum, tum ad se ibidem sepeliendum elegit, quod situs esset in confinibus duorum Episcopatuum Constantiensis ex quo paternam, & Augustiani ex quo maternam originem duceret.

Usa est etiam (si credere placet) ad edificationem hanc duobus ab orbe Constantinopolitata & labore incomparabilib. gigantibus, Sancimone & Celerando. Portabant hi saxa humeris suis ad nouam edificationem, tantum ambo in die præstantes quantum alijs sedecim, valde autem erant voraces, ita ut hominibus admirationi & risui essent: sicuti vetustis temporibus Hercules Cæsivas cognominatus quod totos tauros deuoraret. Ipsa quidem conditrix multam ex eis materiam vocandi cum ipsis habebat. Ex his Celerbrandus post mortem domina in Italiam venit. Sancimon vero Campidonii defunctus.

Ruina de hoc Rolando
do sicut de Hiltegarde
de filia ab Turpino.

defunctus in medio basilice honorificè humatus est. Rursum deinde fuit Hildegardis hortata fratri sui Ulrici, cum viro suo Carolo rege, cui charissima erat, & Episc. in S. Monte mæ, et si prægnans. Quo tempore secum fertur habuisse inter multos illustres nobiles itineris comites matrem quoque suam Regardim & sororem Adelindam, Sangallenfis, & nos in eum vita.

Nonne hic latet heresis? Crucifixum videatur ironizare loqui.
Fabulosum videtur.
Nota hereticum.

Vide?

defactum esse non 10CCLXXII. anno (sicut in M.S. libro est) sed 10CCLXXVI. aut 10CCLXXVII. quo scilicet anno consecratio monasterij a Papa Adriano facta est, praesente, sicut jam intelligetur. Erant Romæ media quadragesima comiter ab hoc pontifice & senatu eius excepti: Manserunt ibi plures hebdomades; narravit Hildegardus pontifici de cœnobio, quod condidisset in Hergouia; petiit sibi reliquias aliquot sanctorum (tanquam Christi mentito sic complendo) in id à Papa dari. Verum cum hic plus dare nolle, quam, quantum ipsa minimo dígito sustinere posset, inuocauit illa beatam Mariam (tanquam sacra scriptura jubente) oraret filium suum, ut is roboraret dígum suæ Hildegardis. Papa adante, sustinuit ipsa dígito particulam virge Aarónis, particulam nauigij Nohæ, multum cœlestis manne (vnde t.) multa alia magna ita quidem ut res admirationi spectatoribus esset. factum die pachatu. Etiam Andegarius monasterij abbas à pontifice illo confirmatus est & consecratus Episcoporum intercessione. Hinc regimæ nomen auctum, sancta & magna Hildegardis. Pluribus diebus post (si credimus, quoniam alibi me legisse non memini, nisi quod à Gottfrido quodam Ludouici Pij Archicancellarij idem significatur, de quo 2. parte lib. 1. c. 10.) Papa iter ingrediens (Cardinalibus, Episcopis, abbatis 350, comitatus) vna cum Imperatore Carolo & Hildegarde Campidonum medio fere Maio peruenit. Erant equi circiter quater mille stabulantes quatuor milliaribus circa Campidonum, passim in pagis etiam Isna & Grynefurti que nondum erant oppida. Concursus hominum ad spectaculum dedicationis cœnobij vndeque factus. Non multò post peperit Hildegardis in Hillemonte filium quem ipse baptizauit Adrianus Papa: Pipinus fuisse dicitur. Sed prædictus Gottfridus eam antea gemellos enixam ait Ludouicum & Pipinum. Diuersatus est pontifex cum rege & regina in arce modo dicta, Cardinales verè Episcopi, abbates & nobilitas alijs in arcibus ac subiecto pago Campidonensi. Tunc uerbum tunc ortum est.

O Hillemont du edler Berg Zu dir gehören achtzehn Berg.

Id est, multæ arcæ, quibus monasterium est donatum à fundatrice: Monasterium D. Marie & SS. Epimachio ac Gordiano Româ allatis dicatum, quod à Papa supra dicto mense Maio consecratum & priuilegijs confirmatum est. Idem cœnobium nobilitati extrectum, & dies quo pontifex id dedicauit, magna nobilitatis multitudine honestatus, inde nomen traxit, ut diceretur der Herren tag/ Dominorum

Dominorum dies. deo Herin Closter/ Dominorum claustrum. Primus abbas Andegarius erat qui & se & conuentum fratrum suorum servitatuos statuta & S. Benedicti iurauit, & in arce Hillementia jussus est a regna habitare, quæ castellum eius Beronem cuius supra mentio facta est, alio transluit.

Ducum Sueviæ tunc insignia communia.

Dimidium scuti album & dimidium rubrum, in longitudinem deorsum.

Hildebrandi patris Hiltegarde in signia.

Scutum glaucum quadrisidum; supra ad sinistram, & infra ad dextram trobique tres albicunei. Drey Weiß wecken. supra ad dextram infra ad sinistram verobique in flavo tres nigri cercopitheci.

Super galea niger ethiops rex cum aurea corona, dextra nudum gladium atollens.

Cunei à Bauarica uxore Regarda; cercopitheci à patre duce Sueviæ.

Sic ex sape jam dicto M. S. Alias insignia Suevicorum Ducum non cercopitheci sunt, sed leones.

Habuit frequenter Hiltegarde alias Hillementij, alias Rauenspurgi. Hec Crusius.

De eadem coenobij structura Bruschius: Primum vero Campidonensis coenobij lapidem posuisse legitur, anno domini 1072. Dominus Rolandus Caroli M. è orore Bertha nepos omnium Gallorum, Sabellico teste, fortissimus, presentibus multis principibus ac nobilibus. Dedit autem domina fundatrix ad recens conditum suum canobium Alpegouiam, id est alpibus adiacentem terram, Segouiam, id est lacubus, forte Santheimensi Mariscelleni & Sulzbergensi (hos enim amplissimos pisculentissimosque lacus hodie adhuc possidet eius loci abbas) confinem prouinciam, Rissouiam, hoc est Retiae vicinum agrum, Augustigouiam, Augustana numirum urbi adiacens territorium: Hilergouiam item, id est ad Ilerum sitos agros cum oppidis, pagis, castris, aquis, piscinis, camvis & pascuis, precipue vero comitatu & oppido Campidonensi & arce Hillementana, quæ defuncto Hildebrando, patre eius, Rudelbrechti ac Beronis comitum de Brunsiga sedes fuerat, ad quam hec omnia supra nominata territoria spectabant, cum omnibus juribus ac priuilegijs, ciuilibus ac Ecclesiasticis in omnem aeternitatem ad finem usque mundi usurpandis. Dedit vero hec omnia pro suscitacione nobilium ac illustrium Germanie virorum, qui pietatis, literarum, ac religionis studio sese dederent. Dedit pro nobilibus, inquam, quod Deo ita ordinata. Fortissime hec Hillementane a viro nobili ex arumis & morte liberata esset. Elegit autem cum ad gardi eueneret ante quam Carolo nupsit

K

non ipsi-

effet, nam post, non nouissimum haberet, hunc locum præcipue, quod in Episcopatum Constantiensis, contigisse certum est. ex quo paternam, Augustani, ex quo maternam originem duceret, confinibus si-
Ego nunquam fa-
tus esset; & quod tum etiam in eodem districtu ad S. Nicolai facellum p[ro]p[ter] habita-
tum arburer. Anceps hoc, dubium
rent heremita, qui religiose Deo in maxima ritu puritate & innocentia seruie-
Si non omnino fal-
bant. Adduxerat secum Carolus Hildegardi suae e Constantinopoli duos in-
sum, quod existim. comparabilis statura & stupenda altitudinis gigantes, Sancionem & Celebran-
dum, qui gentia saxa humeris suis ad nouum edificium portantes, voracitatem
sua immensa, cum conditrici tum toti viciniæ admirationi erant, ac risum sub-
inde mouebant. Horum alter, Celebrandus videlicet, mortua domina Hilte-
garde in Italiam venit; Sancionem vero Campidonii mortuus in medio basilica
honorifica sepultura donatus est. Fundatrix sancta vocatur,
Hildegardia sancta. quamobrem dicitur, non quod canonizata sit a Romanis pontificibus, sed quod ab incunabulis
dia pietatis.
Aegros solatur.
Parturientibus sue inuicerit & verbo Dei consolata sit; quod e partu laborantibus feminis imperatrix
currit.
Mortua ante imperium
Carolus.
In pauperes effusa. etiam adfuerit, quod omnibus pauperibus largissimam eleemosynarum distributio-
ne opem summam tulerit. Cuius pietatis insigne & conspicuum hodie adhuc est
in Campidonensi monasterio indicium, ubi in eius memoriam singulis septimanis
bis, diebus videlicet Lunæ & Veneris ducenti homines pauperes distributis pa-
ribus cibari ac refocillari solent. Duxit eam Carolus M. Brunswige, ubi iam
apud auiam Talatinam vixisse scribitur.

Iudicium de gigan-
tibus.

Rursum est quod hic dubites de duabus gigantibus, qui ex luto Promethei ad sidera educti videntur, quanquam aliquid narrationi probabilitatis accedere possit ex simili facto olim apud Cal-
sinum montem, ubi duo quoque architecti (non gigantes, quos fama potius quam veritas in tantam altitudinem porrexit) a Desiderio præsule Constantinopoli accersiti de quibus Leo Ostiensis. Legatos, inquit, præterea Constantinopolim ad conducendos musæ & quadrarij operis peritos opifices mittit ut alij absidam & arcum, atque vestibulum maioris Ecclesie musu componerent, alij Ecclesiae totius pavimentum lapideum pulchra varietate consernerent. Quam vero periti ipsi artifices fuerint, ex opere ipsorum facile coniicipotest, cum & in musu animatas fere effigies & vi-
rentia queque te putes aspicere & in marmoribus omnigeni coloris flores pulchra varietate vernare videantur. Et quoniam huiusmodi artes quingentis iam ferme annis obmisericordia magistra latinitas, eas huius industria recuperare promer-
uit etate nostra.

Iam tabulas Caroli M. inspiciamus, in quibus duo vitia de-
Auent. p. 356, edit.
Basl. prehendi posse videntur, primum, quod illo anno non fuit impe-
ratoris visitatum, qui tantum indictionem & annos regni & Imperij signarunt, vt id docet Auentinus, qui tradit annum Christi ab Carolo
Crasfo

Crasso demum omnibus epistolis, libellis, diplomatibus additum. Sed fallit & fallitur Auentinus. Extant diplomata Caroli M. Imperatoris, Ludouici Pij Caroli F. Lotharij Nep. quibus annus Christi est adiectus, ut obseruauit doctissimus vir Christophorus Geuuoldus. Reperi tamen alias ab Carolo literas anno Christi signatas, ex quibus hoc vitium dilui potest. deinde quod in extremis anno 1027. scriptas dicat & signet annum regni VI. Imperij I. cum nondum ex Oriente imperium fuerit in Occidentem translatum, nec eo tempore de illo transferendo cogitatum, cum id post septem & viginti demum annos acciderit. Rex enim tantum fuit Francorum & anno 1027. factus Italiæ seu Longobardorum, ut suspicer legendum pro Imperij primo, Regni Italiæ primo. Italiam quippe priore anno (obesse jam Desiderio rege) occuparat, & primum regni annum nondum exegerat cum Desiderium in protestatem rededit.

Notauit & Crusius hunc errorem, quem frigidè ex ipso diplome diluere conatur, non veritus (quod philosophantes aiunt) principium petere, hoc est, ad principium questionis redire, cum diploma propter vitium, possit ipsum in suspicionem venire, quod est huiusmodi.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Carolus diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si sanctam Dei Ecclesiam digno magnitudinis nostræ munere sublimare, augmentare, atq; subuenire, ad eternam nostram remuneracionem, & regni nostri stabilitatem prodeſſe confidimus; ideoque nouerit omnium sanctæ Dei Ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet & futurorum solers industria, qualiter nos ob interuentum sancti Simpiatrii nostri Adriani Pape, ac supplicem rogatum dilecta & coniugis nostræ Hildegardis, nec non propter nobilem & fidem famulatum Ioannis Augiensis & S. Galli reverendi abbatis eiusdemque Episcopi Constantiensis precem, ob meritum Rudangi Metensis Episcopi, & Sturmii Vuldensis abbatis seu ceterorum principum innumerabilium nobis absentium, Andegarium quendam nobilem magnæ religionis virum, & primum Campidonensis cœnobij ad regularem disciplinam in structorem adsumpsimus & in eodem loco Campidonensi, qui ab eodem in honorem sanctæ Dei genitricis Mariae constitutus est & situs in pago Illegou abbatem eum confirmavimus, & a Papa Adriano in sancto die paschæ consecratam preciosissimis sanctorum martyrum Gordiani & Epimachi corporibus donatum, in suam abbatiam honestè transmitimus. Sed quoniam predicta coniuncta nostra in eodem cœnobia locum sepulturae habituram ordinauit, diuersis muniberibus ditando, quicquid in pago Illegou & Augusgoue & Albogoue materna hereditate legitime obtinuit, cum nostra potestativa manu & imperiali largitione illuc tradidit, & in proprium jus eiusd.

Mansiarius p. 502.

K 2

monasterij

monasterij transfudit, & perpetualiter possidendum sicut in alio Breui continetur donavit. Nos igitur eundem locum ut pote de nostro & in nostro fundatum & dotatum, in nostro nostrorumque successorum mundiburdio sine defensione fore constituentes per nostrae auctoritatis munitionem confirmamus & precipimus, ut nullus publicus judex, neque dux, neque comes, aut quislibet ex judiciaria potestate villas, curias, aut loca vel agros seu reliquias possessiones memorato monasterio praesenti tempore subiacentes &c.

Et in fine sic concluditur.

Quod ut verius credatur & omni tempore incorruptum habeatur, manus propria roborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

L. V. S. S P. M. V. S.



Signum Domini Caroli serenissimi
Imperatoris Augusti.

Amelbertus Cancellarius ad vicem Luperti Archi-
Cancellarij recognoui.

Data ab incarnatione domini 1001. Indictione XI. anno vero regni p[re]fissimi Caroli VI. imperij (numerantur hic anni imperij a tempore quo contra Langobardorū regem ab Hadriano Papa in Italiam euocatus fuit) primo. Actum Roma in sancto die pasche in Ecclesia sancti Petri coram Adriano papa & multis alijs principibus, in Dei nomine Amen.

Sed enim nec de loco mortis & conditorij interscriptores conuenit, usque adeo multa sunt de hac fæmina controv[er]sa. Mortuam aiunt Campodunenses Campoduni & ibidem conditam. Dcessit anno, quod omnes tradunt 1001. xxxiiii. prid. Cal. Maias sepultam ait Münsterus Campoduni. De obitu haec Crutus. Anno 1001. xxxiiii. cum Carolus se contra Saxones rursum inquietos pararet, antequam ē Theodonis villa (Dioduro, Metis, aut Dietenho-fa) vbi hiemauerat, discederet, dilecta vxor eius Hiltegarde decessit prid. Cal. Maii, in vigilia ascensionis domini LI. ætatis anno, quia pepererat illi filios Carolum, Pipinum & Ludouicum; filias Rhotrudin, Bertham, Gisalam, & Immam.

Qui pharmaceutriam faciunt, & ea de re fabulas, tragœdias & tomnia fingunt, atque in publica theatra producunt, faciunt ritu poëtarum non historicorum, quos ipsa annorum ratio, quicquid Frischlinus & alij contra moliantur, refutat. Nos piam & religiosam reginam, adeoque sanctam veneramur, venerandamque posteritati sempiternæ commendamus.

SS. MARI.

*Annales. Prose.
Anna l. 4. c. 75.
p. 212.
Crus. p. 529. c. 6.*

SS. MARINVS EPISC. ET THECLANVS DIAC.



R. S. Soniae f. 15

Vtis est in medijs orbi notissima Bojjs,
Nobile pontificis quam celebrauit opus;
Sed magis has olim Grimoaldo principe terras
Corbiniano treus nobilitauit aper.

Bina Caledonijs Deus astra vocauit ab oris
Quae misit genti, sancta Frithinga, tue.
Hinc populi pretias milenos crevit in annos.
NATORVM LEX EST, SCIRIA VITA PATRIS.

K 3

S. MARI,

DE 22. JULY 16. ET TANGENS

MARINUS HERCULANUS AVICENNA

S. MARINVS EPISCOPVS

THE CLANVS SEV DECLANVS

DIACONVS, FRVXINI.

Est Fruxini seu Frisingæ extra opidi pomerium, religio-
sorum virorum domicilium, cui Nouacella nomen,
in quo Marinus pontifex colitur (alijs Maurinus, a-
lijs Martinus) incertum cuius sedis; quem è Scotia
(Hibernia reor) venisse cum Declano diacono, ne-
mo adhuc negavit. Frisingam cultu peregrino venerunt, quod
præcis visitatum, ut ignotis terras ignotas peterent, & populos à
Christi sacrifici alienos ad Philosophiam cælestem erudirent, vel eri-
ditos optimè & sanctissimæ vitæ exemplo ad eandem æmulandam
prouocarent. Venit Marinus cum ipso D. Virgilio Salzburgensi
Episcopo, qui secum septem duxit Episcopos, multosque alios la-
borum socios per omnem postea Boiam, Carinthiam & Stiriam
ad legem Christianam prædicandam missos, ut Thadæus Scoto-
rum Ratisponæ abbas apud Canisium tradit, quamvis socios non
exprimat, nisi Declanum, Lullum, & Altone, qui vetus in Boica
cenobium ab ipso Altone nuncupatū condidit. Declanū Virgilius
Frisingam cum duobus socijs amandat. Lullū ad Illmonasterium
seu Ilmünster destinat. De Matino alias nihil cognoui, nisi quod
simul hodiéque Frisingæ medelas corporibus faciant, & supplicem
ad cineres turbam votis damnatam saluāmque & in columnen sape
dimittant. Ego penicillo adumbratam & ad sanctorum mar-
mor appensam tabulam hic ære descriptam tibi spectan-
dam præbeo, in qua & infans est ex mortuis in vitam reuoca-
tus. Coepit sunt nuper in acta referri, quæ inibi identidem mira
mirandaque ab Diuis perpetrantur. Annos sub dubio appo-
sui, quod nullos certos repererim signatos. Calendis
Decembrib. Festa Cerimonia Diuos
coli intellexi.

K 4

S. GAMEL.

S. GAMELBERTVS

SEV AMELBERTVS.

Sub 1300.
Brusch. in Chron.
Monast. M. S. p. 13.
Avent.
Vels. l. 6 MS. p. 14.
Videctionem S. Vthonis
infra.
Wolfg. Selender p.
40.

GIc, ut Metensis cœnobij annales docent, ex nobili stirpe oriundus, primam & florentem ætatem Marti apud Pippinum Caroli M. patrem (quamvis inuitus) initiauit, mox rerum cœlestium amore incensus, genus militie non desit sed mutauit, totumq; se ad res diuinas convertit, sacrisque iniciatus, Romanum profectus est, ut SS. Apostolorum limina salutaret, martyrumque vestigia adoraret. Redux ex itinere infantem sancto fonte, nescio quo casu lustrare coactus, Vthonem dixit, simul præsentiens illum sibi olim in parœcia lux administratione successurum. Gregem suum in Michaelbuechensi pago cis Danubium studiosissime curauit, quoad B. Vtho, quem ipse genitali fonte olim abluerat, peregrine aduenit; cui senio annisque fessus suam parochiam commendauit, & quoad vivit sanctissimæ vitez auctor fuit, adeo ut totius gentis consensu inter cœlites coleretur.

VVolfgangus Selender paulò prolixius Gamelbertum ex monumentis cœnobij ad S. Emmerarium laudauit:

Gamelbertus, inquit, ex inferiori Banaria, & oppido vulgo Michelbuch, nobilibus & Christianis parentibus natus est & enutritus. is prima floreniæ etatis exercitia virtutibus consecrans, puerorum vitare inepias, & ad sanctitatis opera atque studia animum applicare cœpit. Pater videns puerum liberali indole præditum, industrum, & animosum, militaribus artibus instituendum curauit, ad quod vita genit & institutum cum nulla ratione induci posset, sed & arma militaria, quibus induebatur sepies, semper abjeceret, gravem indignationem patris incurrit, atque à reliquis fratribus viti degener & ignavis frater & delusus, gregem patris pascere jussus est, quod munus, cum non regi terreno sed cœlesti militare statuisset, totumque humilitatis officijs se consecravisset, sedulo & diligenter impleuit.

Accidit autem quadam die in pascua, ut præter morem somno opprimeretur, euigilans inuenit codicem supra pectus iacentem (angelicis procul dubio manibus allatum) quid faceret literarum ignarus? accedit viros & pietate & eruditione celebres, atque ab illis petit in literis instrui, & quid sibi in somni dum pecora patris pasceret, cum libro acciderit, exponit. A quibus una cum literis quas celerrime apprehendit, ad ampliorem pietatem informatus, primum quod didicerat, erat, lingue frenum imponere, atque ab omni verbo otioso abstinerre. Sedulus

S. GAMELBERTVS.



R. Sad Jardou f.

Martis oram quondam tristes tacerunt, satelles,
Omnia scilicet Martis promissia, mortis erant.
NULLA FIDES PIETATISQ. VIRIS QUI CASTRA SEQUUNTUR,
Aurea pax salutem; Mars fere, mortisq. vale.

Castra sequor, que nullus manu dant funera mortui;
Vulnera non faciunt, facta sed arte levant.
Non tamen aut Chiron, aut sum vetus ille Machaon
Vulnera non formi, vulnera curio Stygiis.

Sedulus

DE L'CAMBRESCO

ANTIQUE MUSICO



Sedulus erat custos innocentie, amator continentie, cultor sobrietatis, cupiditatis hostis, obrectationis inimicus, persecutor improbitatis. Cumque transmissis adolescentia spacys, id genus polleret virtutibus, humani generis hostis inuidens tam praeclaris conatibus, quodam tempore cum deambularet in nemore solus instigauit mulierem quandam, qua eum de proposituenda castitate vehementer sollicitauit; quam cum sermonibus honestis, p[ro]p[ri]e exhortationibus a nefario proposito non posset abstergere, mox in pedes se coniecit, cursuque rapidissimo aufragit. Qua insigni reportata victoria, Deo virginitatem vavit, quam quoque usque ad extreum vita spiritum integrans, inviolatamque seruauit. Itaque sacris initatus, per gradus singulos ascendit ad sacerdotium, quo in statu dignè & laudabiliter seruiuit domino, die ac nocte. Paulò post moritur parentibus suisque inter fratres hereditate & fundis, obtigit ei pagus, in quonatus, & educatus fuerat, cum Ecclesia, ubi ipsem parochi vices & munia obiens magno labore peruigiliique diligentia subditorum salutem promouit. Possessio-nes itaque amplissimas nactus, non in proprios vius, sed magis ut pauperum pupillorumque inopiam ac soliditudinem subleuaret, conuerit, ita ut vere pater pauperum dicimeretur & esset. Hominum necessitatibus non solum pecunia, sumento, vestibus, sed & opere, labore, consilijs, alijsque charitatis officijs succurrerit. Infirorum ante omnia maximam habuit curam. Abstinentia fuit admirabilis; à die quo creatus est presbyter, per quinquaginta & amplius annos ab esu carnium tam quadrupedum quam volatilium omnino abstinuit: pietatem quoque & misericordiam non solum humana exhibebat natura, sed amore Dei creatoris, omni etiam que ab ipso facta est creature in tantum, ut si auiculam nido ablatam conspexisset, eam oblato prelio redimeret, liberamque euolare dimitteret. Seruos in cædendis vel apportandis lignis, aut in quoque graui seruitio laborantes, non permisit foras exire, si aliqua aeris esset inclemencia. Septuagenarius amore Christi peregrinari voluit, atque SS. Apostolorum limina visitare, qua peregrinatione devote peracta in regressu ubi ad quoddam diuertissem hospitium, forte fortuito aut potius Dei insinectu, cum eius loci sacerdos non adesset, offerunt viro Dei infantem baptismatis fonte ablendum, quorum fidem & necessitatem intuens, sicut ad benefaciendum & inserviendum promptus erat, puerulum baptizauit atque Vthonem nominauit. Praudens autem in spiritu beatus pater, puerum sanctitate & virtutum splendore magnum futurum, cum possessionum suarum, quas haberet adhuc, hereden constituens, petijt a parentibus, ut cum omni diligentia Vthonem educarent, bonis & Christianis moribus informarent, atque ad omnem pietatem incitarent, sibiique ipsum ubi adoleuisset, transmitterent, prouinciam, patriam, locum, & fundum, ubi inueniri posset, luculentem exponens. Regressus ad propria si unquam alias, tum vel maxime pietatis studijs ardenter incumbere ceperit atque arctiore disciplina seipsum constringere voluit. Ac licet haberet

jam mor-

jam mortificatas passiones suas & affectus, carnemque crucifixisset cum viis & concupiscentijs, volant tamen & pedes à discurſu cohibere. Quamobrem quatuor sibi cruces fabricauit, & erexit non procul ab inuicem distantes ad ortum ſolis vnam, ad occasum alteram, tertiam ad meridiem, poſtremam versus septentrionalem plagam, quarum metas, non niſi ſemel prætergressus eſt, quodq; propter proximorum ſalutem promouendam fecit. Contigit namque, ut quidam capi- tali odio diſidentes, atque ad verbera deuenientes alter alterum vulneraret, ibi tum sanctus pater gratius Deo existimans, discordantes & tumultuantes impa- ctem redigere, quam proprieſtate pietati, arrepto baculo curſu ſenili ut potuit, predictos terminos prætergressus, in medium pugnantum, ira, rabięque efferve- ſcentium ſe coniecit, quos ſeiungens non prius dimiſit, niſi datis inuicem dextris re- conciliarentur firmamque pacem stabilirent. Proprios etiam ſeruos, ſue ſub- ditos diſidentes animis aut litigantes, ſi non potuit ſedare ſalutaribus monitis, pe- cunias uestesque obtulit: ſi nec munericibus placarentur, liberos abire permifit cum liberis: Melius eſſe, inquiens, immoritam libertatem concedere talibus, quam Deum offendere, contentiosos & obſtinatos in peccato tolerando: ipſe cum omni- bus pacem habuit, neminem coto vita tempore aut verbo leſit aut facto offenda. Humilitate præterea valde fuit confiſcius, que non in moribus & conuerſatione tantum ſed etiam in habitu, qui erat ſimpliciſsimus, eluxit. Aedes paternas cum haberet ſumptuosas & ſplendide extuctas, noluit inhabitare, ſed vilem domi- nuculam non procul ab Ecclesia ſibi erigens, dies nocteque cum lacrymis Deum inibi pro ſalute proximorum orabat. Sacraſiſmo Quadrageſime tempore nunquam in publicum proceſſit, ſemp̄que latuit, neque alicuius praefentium fer- re voluit adeo in pietate rerumque celeſtium meditatione absorbens, ſingulis die- bus ſacrum miſſa officium dixit, interieclotamen velo, ne laicos ipſe conficeret. Diacono ſacrosancta Corporis domini ſacra menta diſpenſandi curam commi- fit. Si quispiam ex ſacerdotibus peccatorum ſuorum confeſſionem facere volu- iſſet, huius ipſe verba ad ſenestellam excepit, ſalutarique paenitentia inuicem di- miſit. Ad vesperam refectio panis ater cum ſale & aqua erat. Tali modo diebus quadrageſimæ carnem attriuit, quatenus ad paſcha purior & vegetor in conſpectu domini appareret. Inter hæc propheticō ſpiritu etiam clariuit, multa futurorum praesciū intellexit, atque inter hæc tempus resolutionis ſuæ. Cum ita- que amici & propinqui viderent beatum patrem ſenior jam venerabilem, viribus que in dies deſtitui, atque ad aeternam remuneracionis brauium anhelare, communi habitu concilio petierunt, quatenus de ſucessore & pastore animarum ſubſi- tuendo cogitaret; quos ille benignè conſolans aiebat, Deum ſibi ostendit ſcharedam poſfeſionum ſuarum & rectorem animarum eumque completo anno preſentem fore. Elapsi itaque anno venit beatus Vito quem in itinere Romano bap- uerat. Tunc conuocatis amicis & viciniſ hilari voce eos compellans, Ecce aie- bat, promiſſum domini quod accepimus; hic vir, hic eſt, quem ſuperiore anno per- turum

tum prædixi, hunc mihi Dominus dedit heredem, & vobis autem pastorem; eum quia per baptismum Deo & Ecclesiae genui, & filium in Christo charissimum & heredem meum esse, palam denuncio, huius monitis & consilijs sedulo & diligenter obtemperabis. Quibus dictis omnia pleno jure in manus Vthonis tradidit & consignauit adstante que amicos huius traditionis testes adhibuit, ipse vero paullo post in lectum decidens infirmari caput. Sciens autem finem viæ jans adesse anima labeculas salutari confessione expians, sumptuque corporis dominici Sacramento, cursum mortalitatis absoluit, beatamque animam per manus Angelorum in superas transmisit sedes XVI. Calend. Febr. ubi nunc fruatur perenni vita gloriosus Confessor domini Amalbertus, letatique in caelestium ciuium conubernium se introductum. Claruit non paucis miraculis, inter quæ illud est memorabile, quod die constituto, quo sacrum corpus Ecclesiastice sepultura tradendum esset, cum vehemens glacialis ventus pluvijs mistis insurrexisset, plerique ob aeris inclemiam dubitarent, an tali tempestate progrederent, attamen ubi cerei sunt accensi ferentrumque levatum, mox omnis resedit ventus, pluviaque tam diu suspenſa manxit in aere, donec iusta funebria perfoluerentur, salutaris hostia immolaretur, & quilibet ad propria rediret, tum & ventus & pluvia redierunt. quod videntes & uiuersi stupefacti laudabant & benedicebant Deum qui voluntatem timentium se facit, & deprecationem iustorum exaudit. Nota. Vita S. Gamelberti seu Gamulberti habetur Ratisponæ in monasterio S. Emmerammi in membranis: in illo videlicet Codice, ex quo desumpta fuit & descripta vita S. Seuerini

Noricorum Apostoli & à VVelsero
typis tradita.



L

B. ADELIN.

B. ADELINDIS

ANTISTITA BUCHOVIANA.

Sub annum Christi
1300. eoque am-
plius. Carolo M. im-
perante. XXVIII.
Augusti.



Delindis ex nobilissimis Sueviæ & Bauariæ principi-
um familijs nata, patrem habuit Hiltebrandum soce-
rum Caroli M. cuius filiam Hildegardem duxit impe-
rator, matrem Regardam Boiorum principem Ande-
censem, uti modo in Hildegarde sorore docui. Bru-
schius in Buchouiano Parthenone hæc de Adelinde tradit: Hatto
sue Utro Comes Calderiensis ex ephesis egressus strenuus ac egregie exercitatus
juenis, Dominus opulentus ac potens, qui vicinis etiam principibus prudentia sua
& consilio proderat sâpe, potentissimi Sueuorum ducis Hiltebrandi & domine
Regardæ Bauarorum ducisse nobilem ac illustrem filiam dominam Adelindin in
arce Andechs natam, sororem Hildegardis reginæ (qua Carolo M. defonsata
fuerat) uxorem duxit; quæ quatuor ei filios peperit egregios juvenes, comites:
Kesselburgenses Beringerum, Reginolphum, Gerardum, Hattonem. Accedit
vero ut lustris aliquot labentibus irruerent in Germanias Hunni effera ac om-
nino barbaragens, minitans Germaniæ extrema omnia. Ibi admoniti a Caro-
lo M. Germaniæ principes prodeunt obuij Hunnis. Commissum est autem in-
gens prælium prope Biberacum, in quo Vtho iste comes Tragendus & Caldari-
ensis cum tribus filijs Beringero, Reginardo & Gerardo inter cæteros fortiter pro
defensione patriæ occubuit. Locus ipse in quo pugnatum est postea vallis plan-
etū à planetu domina Adelindis & accolarum (qui suos ibi amiserant charos)
cognominatus est, quem hodie adhuc corrupta voce planchinam vallem acrole
appellant. Atto vel Otto quartus filius Comitis Ottonis & dominae Adelindis
religiōni deditus ac diaconus factus, paulo post mœrore animi contabuit. Fusi
vero Hunnis & ex Germania virtute Caroli M. electis domina Adelindis tru-
cidata mariti ac filiorum corpora collegit, & in sempiternam eorum memoriam
Buechouense Monialū Augustiniana primum professionis cœnobii fundavit, in
cuius templo maritum cum filijs honorificè sepeliri fecit. Ipsa postea radio vel
odio vita redditus Deo omnibus bonis, possessionibus & facultatibus suis, mundo in-
uniuersum valedicens, prima sui cœnobij facta est gubernatrix, in quo mortua
tandem honorifico maisoleo terra parenti redditia est. Annumeratur Diuo-
rum Catalogo propter insignem vita ac morum innocentiam. Festum eius ce-
lebratur in die S. Augustini hoc est XXVIII. Augusti. Ea die solet in eius memori-
am domina abbatissa distribuere per suas virgines comitissas ac Baronissas omnis
generis aduenientibus & currentibus ex tota circumiacente regiuncula, cum
suis tum etiam peregrinis & exteris, summo & infimo loco natis hominibus panes
dine

B. ADELINDIS ANTISTITA.



R. Sad. junior f. 18

O gemino felix Adelindis honore triumphi,
seu sociata viro, seu viduata toro.
Illustras peperit cui ius sociale dynastas,
Cui sacra virginem vela dedere chorum.

Quo fastiditis, quos vendant secutu sumis,
Gaudia diuinis fontibus hausta bibit,
Porrexitque suis antistite sancta, clementes
Quas pia vita magis, quem pia dicit trahunt.


dine

DEUTSCHE LITERATUR

ALTBENEDICTINISCHE

dina Adelindis Fundatricis filigineos: quod fieri solet insigni pompa, cuius ego etiam spectator fui anno CCCCCXCVIII. cum distribuerentur panes quater mille. Hæc Bruschius. Munsterus de eadem: Sciendum quoque Hildegardi fuisse sororem nomine Adelindin, quam duxit uxorem Otto comes de Kesselberg, cuius habitatio fuit in Blankenthal prope Biberach. Quæ Adelindis post sui mariti mortem, fundauit monasterium Buechau, quod situm est juxta Buchamensem lacum non procul à Biberaco, in quod recipiuntur tantum puellæ Comitissæ & Liberæ, possuntque pro voluntate egredi & ducere maritos.

Hæc Münsterus.



L 2

S. VTHO

S. VTHO

PRIMVS METENSIS COENOBII

ABBAS.

1000.

Andr. presb. de mo-
nast. Bauar. p. 187.
Hund. metrop. 249.

Avent.

Vel. l. 6. p. 14. M.S.

Gaff. Brusch. de mo-

nast. & Episcopat.

M.S. p. 14.

Wolfg. Selender M.

S. p. 44.

Brusch. supra.



Ic cum prouinciam à suo magistro Gamelberto aliquandiu administrasset, bello inter Carolum M. & Thassilonem Boiorum principem seu regem orto, coactus fuga sicutem querere, se vltra Danubium in vastam solitudinem contulit, ubi studio quiete vitae delectatus priscos anachoretas cœpit imitari, ac demum à Carolo M. repertus, iussus est socios vitae conquirere, se illi coenobium liberali manu conditurū, vnde Metensis asceterij initia ducta; quod hodièq; floret. Sed juuabit ex ipsis chronicis monasterij exordium referre, cum & B. Gamelberti & Vthonis vitam complectantur.

Metania vel Medena, hodie Metten, Benedictina professionis peruenitum & in inferiori Bauaria monasterium, dimidium mileare Deggendorfensem ciuitatem paululum à sinistra descendens Danubij ad lacum seu forestam amano loco situm construi cœpit temporibus Caroli M. Imperatoris omnium Christianissimi ac munificentissimi Ecclesiarum electoris, annum Christi circiter octingentesimum. Vera originis historia sic se habet. Habitabat in huic loci solitudine & vasta adhuc tum temporis Danubiana vtriusque ripa eremo, ad Michelbuchen sis parochie inter Danubium & Iaram sita ad gubernandum gregem pius quidam ac venerandus senex, beatus Gamelbertus nobili generis apud Bauaros natus. Is abiecit armorum cura, non sine prodigo aliquando religiosis Romam ad SS. Petri & Pauli limina profectus, casu ibi baptizavit infantem quendam, quem Vthonem cognominauit: praedens vir sapiens in spiritu sibi liquando in gubernatione sua paterna Ecclesiae successurum. Vtho iste cum ad virilem etatem peruenisset, relicta Italia patria, peregrinatus est & ipse religionis ergo in Germania partem illam ad Danubium sitam. Ubicum ad S. Gamelbertum venisset, humaniter ab eo exceptus ac parochia ea ipsa Michelbuchen si viro Dei jam decrepito sene donatus est. Praefuit huius parochia plebecula adhuc rudi & parvum in Christianismo exercitata post obitum S. Gamelberti itaq; etiam Vtho iste: donec aliquando ingruentibus bellicis inter Carolū M. & Thassilonē Bauaria duce odijs ac tumultibus, cogeretur bonus vir parochia deserta trans prater fluentem Danubium secedere, & in silvis inter feras quietem & tutum refugium querere. Ibi cum omnino animū ad eremiticā vitam adiecisset, cœpit sibi ipsi pius pater ad fontem sui nominis construere cellulam pere exigua in honore S. Michaelis quod

S. VTHO.




Carolus umbrasas cingens indagino silvas,
Ve caporet sparsas per nemus omne foras,
Sanctus has animal divirium cepit Vthonem,
Sed rex a proddâ captus Vthone suâ est.

Larga Duxis qui dextra dedit campôs lacusq;
Et quicquid felix, quicquid et arva forunt.
In sedes Diuim migrarunt antra forarum;
Aula Dei nuna est, que modo causa fuit.

L 3

quod



quod in his Bauariae tumultibus bonorum Angelorum praesidio servatus & ex hostium manu liberatus esset. Pacatis iterum rebus in Bauaria, & subiungum misso multoties jam rebelli Thaßitone cum daret Carolus victor operam crenationi: casu autem potius Deo sic ordinante ad hanc cellam venit, cumque ad conspectum & alloquium suum euocaret senem Vthonem barbatam eremitem intelligens ex illius cultu & oratione (quaer plerunque certus minimèque falsus character & index est) virum esse integrum, secundumque Deum laudatissime conuersationis data ei dextra opem promittit, senemque discipulos colligere jubet. Hoc monasterium Benedictina professionis sumptibus Caroli M. inchoatum ac fundatum est, cuius primus abbas ab ipso imperatore designatus est Vtho iste.

Hæc chthonicon Metense de S. Gamelberto & Vthone. Sequitur mox in eodem syllabus præceptorum monasterij in quo idem Vtho his verbis laudatur: *S. Vtho patria Romanus in Germaniam peregrinatus ad S. Gamelbertum venit, a quo primum Michelsburgensis parochus designatur.* Is paullo post in belli tumultibus fuga elapsus in vicino & transdanubiano nemore cellam sibi construxit eremiticam, ad miraculo sum fontem, quem adhuc hodie vulgus S. Vthonis fontem nominat, in quo qui morbo Gallico seu scabie Hispanica polluti sunt, se lauantes, emundantur: ceruis tamen annis, quos ita salubres annos, ut ab huius loci agricolis animaduersum est) epidimia & grassans pestis excipit. Quamdui bonus is pater ad abbatiā, cuius ipse primus abbas ab Imperatore Carolo M. constitutus est, foderit, in fastos a nemine relatum est, aut si relatum est, certe bellicis tumultibus iterum perire, ac in cineres redactum. Sepelitur abbas iste in chorotempli ante aram maximam sublimi tumulo cum tali epigraphe.

*Abbas hic primus Vtho nec laudibus imus,
Hic iacet ut limus, calis requiescit opimus.*

Difserit nonnihil in quibusdam narratio VVolfgangi Scender à Bruschio; præsertim de patria Vthonis. Iuuat etiam illum audire, ne quid quod ad memoriam viri sancti pertinet, prætereatur. Vtho, inquit, ad fines Italiae & Germaniae plebeio sanguine ortus, puer in sortem domini electus est: quod in spiritu agnoscens beatus Gamelbertus presbyter eum, cum in itinere Romano sacri baptismatis salutari. vndis abluiisset, pro filio & herede accepit, prius tamen sedulo eum parentibus commendauit, ut in timore Dei, pietate omniumque virtutum actibus, probè insisteretur, transmissoque adolescentia spacys, sibi in Bauariam inferiorem, ubi Isara in Danubium se exonerat, transmitteretur; quod & factum est. Initia totaq; sacris ordinibus à B. Gamelberto morti vicino cura animarū in Michels-

buch committitur, pagisque cum adiacentibus fundis donatur. Vitho videns copiosam messem animo acriter incenso ad opus Dei accingitur. In concionibus mirifice profecit, inimicitiis, odia, fanora, rapinas, aliisque peccata & publica & priuata, quantum potuit, prædicatione sustulit, plurimosque ad salutare penitentiae fructus perduxit. Unum solummodo angebat & lancinabat pīj pastoris peccatis, quod videret aliquos adhuc idolis magiciisque artibus deditos, promiscue calicem domini & dæmoniorum participare. Quos cum ad saniores mentem reducere nequiret, licet nihil de prouida pastoris cura & laboribus negligeret, amarissime ftere cōspicit, atque vt melius feruentiusque contemplationis quieti operam daret, mentemque a consuetudine corporis penitus auocaret, relictis spretis que omnibus possessionibus & diuitijs, sed & puluere pedum obstinatis in testimonium excuso, solitariam vitam ducere decreuit. Itaque traiecto Danubio ad Metenam flumen, & valle in densissimum nemus siluescente, residens, humilem casam seu cellulam proprio labore & industria sibi erexit: in qua erienda cum esset occupatus, accidit vt Carolus M. Imperator tum temporis adhuc patruis Romanorum, in venatione (qua mirifice delectabatur) positus, videret securim ad radios solis suspensam, qua re obstupefactus, & nonnihil longius progressus incidit in beatum virum Vthonē, quem attentius intuens & considerans, magna pietatis & sanctimoniae signa in ipso deprehendit, quem amicissimi verbis compellans voluit ut quidpiam pro sua utilitate, & spiritus profectu peteret, qui in genua prouolutus moremque Imperator igerens humiliter petijt, si eo loci ad maiorem Dei gloriam, in memoriam & honorem S. Michaelis Archangeli (cui peculiaris pietate addicctus fuit) atque plurimorum salutem, monasterium excatur. Cuius voluntati mox assensit glorioiss. Imperator, atque illico celebre monasterium sub regula D. patris Benedicti à fundamentis, secto, quadratoque lapide extrui curauit, quod multis prædijs locupletauit, muneribusque amplissimis exornauit. Eius autem monasterij abbas primus, volente imperatore, Vtho ipsemet (licet plurimum renueret) est constitutus & ab Adaluno Episcopo Ratissponensi consecratus: quod munus orationibus, ieiunijs officijsque charitatis plurimum decorauit: unde virtutum eius odore longe lateque se diffundente, atque omnibus celebrem reddente & venerabilem multi spretis posthabitisque secularibus pompis & vanitatibus leui jugo Christi, colla submisere, atque celestis disciplina studium ipso deductore & rectore amplexi sunt. Feruebat namque in illo Dei amor, animi cernebatur inuicta patientia, refrenandi carnis appetitus & inordinatos affectus studium sumnum, multa insuper cibi potusque parsimonia frequens erat in Ecclesia, in legis Dei meditatione assiduus, neque modicam curam sacris lectionibus impendebat: unde animo & cogitatione semper ad cælestia suspensus & ubertim prægaudio & spiritus feruore in lachrymas solubatur. Et quia flumen Dei repletum erat aquis, maxime cum spiritus sancti gratia riuo eius inebriaret, ac multiplicaret genitima, in stilicidijs tanti patris ac magistri

Anno 792.

magistri rigabantur corda filiorum & discipulorum atque pinguecebant speciosa
desertilo loci illius. Neque solum flumine spiritus interno discipulorum corda ri-
gare, sed & externo riuo & scaturigine saluberrimi fontis a Deo precibus impe-
trati, omnibus salutarem & suauem potum preberere atque varijs morbis mederi
voluit, qui fons non procul a monasterio, orientem versus, in hodiernum diem ex-
tat, nec non a plurimis varijs languoribus oppresis, visitur, colitur, potatur, ther-
marumque instar utiliter frequentatur. Denique ingrauescente etate atque ad
decrepitam propendente senectutem iactoque solidi monasterij fundamento, de
prefentis vita studio & habitatione tenebrosi Cedar ad brauium aeterna remune-
rationis a retributore bonorum omnium Christo domino vocatur. Quare terrae
terrena corporis mole relicta, intentum supernis desiderijs, creatori suo reddidit
spiritum. Sepelitur magno omnium luctu in basilica a Carolo M. extructa in
choro ante manus altare. Claruit multis stupendisque mirulis. NB. Aegi-
dius Albertinus Serenissimi Duci Bauariae Secretarius in ti-
tu quem inscri-
psi & veritatem Zeitlärker (Reuerendissimi Domini Antonij de Gueuarra Epi-
scopi Mondouensis &c.) ac Reuerendo Domino abbati Metensi olim concuber-
nalimeo dicauit, in prefatione & dedicatione operis, palam asserit Carolum M.
anno Christi 1000. monasterium Metense fundauisse & D. Vthonem pri-
mum abbatem præfecisse; quod falsum est, constat ex historijs Carolum M.
Imperatorem aeterna memoria dignum anno Christi 1000 mortuum: quo-
modo ergo 1000. vixit, & monasterium erexit? Hæc VVolfg.

Selender, qui meritò indoctum Alberti-
num litteras docuit,



S. AEGIL

S. AEGIL

EX NOBILI BOIO RELIGIOSISSIMVS
ABBAS FVIDENSIS.

1000XXII.
Bruscb. 824.
Candid. Monach.
uld. M. S. in vita
Aegilie.
Christob. Brouuer.
antiquit. Fulb. c. 5.
p. 21. & 23
Chronogr. abbat.
Fulb. l. 3. c. 7. p. 193.
Gaff. Bruscb. de
Mon. Germ. p. 57.
Munster. l. 3. p. 706.
Rhabanus.
I. 21. f.



Egil seu Egil, quasi tu dices, ocellus, (nisi cum Bro. uero in eius vita malis ab aquila dictum, quod pris- cis Anglis qui Germanica lingua vtebantur, Aegle vel Aegel aquilam sonaret) Boius ex Norico oriundus S. Sturmionis propinquus, satu equestri, vix dum infan- tiam egressus, parentū sinu (tanta maiorum fuit pietas) ad S. Stur- mionem jam tum fama celebrem Fuldam deportatus, eidēmque accuratissimē commendatus est, quem tanquam ex se natum blan- diissimē suscepit & à teneris in magnam spem sanctitatis eduxit, quæ spes pium antistitem nequaquam fecellit. Narrauit hoc can- didissimē Candidus ex eadem Fulb. cœnobij sodalitate. Vir vene- rabilis Sturmi, inquit, cognatus eius de quo loquimur, eo tempore turbam Mo- nachorum dignis conseruationibus regere videbatur. Huic nimirum adhuc puerulus Aegil de patria transportatus, & honorificè à parentibus presentatus est, quem paterna pietate & blanditijs delimitum Schola congregatiōni vīlē di- uina jugi exercitatione discitur & docetur, sociari voluit.

Id quod versibus alibi expressit

- - - blandiloquo Sturmi quem murmure vīsum
Suscepit, lātusque suis complectitur vlnis,
Ac juueni consanguineo dat basia pastor.

Anno 818.

Aegil in communi sodalium cætu tantam virtutis opinio- nem laudēmq; collegit, vt Ratgario in exilium pulso suffectus sit, quem ille magistratum tam sancte egit, vt non solum nulli grauis, sed omnibus gratus charisque haberetur. cœnobium magnopere tum virtutis tum ædificiorum operibus illustravit. Ratgario quo- que redditum ab Ludouico Pio impetravit, quod ita Brouuerus ex Candido denarrat: Sed Aegil abbas, eius in locum suffectus nobili Christiana mansuetudinis documento, nec intactus forte à memoria recentium meritorum, tandem apud Ludouicum efficit, vt pristinis illum sedibus restitueret: Quod Candidus in Aegilis vita notauit. Inter alia misericordiæ & pietatis opera, hoc misericordiæ bonum probabilius egisse laudatur, quod antecessorem suum, quem quondam cum socijs, quasi persecutorem fugiendo vitabat, cum esset causa illius inquietudinis ab imperatore in exilium missus, vna cum fratribus suorum petitione de exilio liberavit, quorum fidem atq; misericordiam adeo mirabatur Augustus, vt diceret eos juxta preceptū veritatis propersecutoribus suis veraciter exorasse.

Quam


S. AEGIL.



Aegili effigiem conari verba putabis,
Si pidi spectos osive manus patris.
Quae dictura fuit, si muta sonaret imago?
Celo desponsum nobile crescat opus.

Quicquid molimur sanctam est, proferate laborom,
Immortale domis ncola Numen emit.
Qui facient sancta, sed non sine corpore mentes;
Hostia grata magis non cadet ultra Deo.

Quām



Quam dulcis porro Aegile praeside fuerit coenobij concordia, pax, conuictus rursum describit Candidus. Fuit quippe in diebus eius, inquit, fratribus pax, cor unum, anima una in domino. Nec erat qui turbaret monasterium in tam delectabili concordia roboratum. Obedientia bonum non solum abbatii, sed & sibi inuicem cum summa reverentia exhibere gaudebant, scientes se per hanc obedientiam viam ituros ad Deum. Adeo enim hic venerabilis vir, soffres & alacer in hoc suscepto regimine usque ad finem vite sua perdurabat, ut nunquam illi congregatio, nec ille congregacioni monachorum ullam molestiam perturbationis videretur inferre. Idem anniuersariam Sturmionis memoriam solenni ceremonia peragendam instituit. Aedes porro sacras nobili substructione geminas molitus est in quartum altera posuit D. Bonifacij corpus, de qua haec in Fuldens. antiquitat extant monumenta. Denotatio dedicationis Ecclesie S. Salvatoris constructae in monasterio Fulda, ubi preciosus Martyr & electus Dei pontifex Bonifacius corpore sacro quiescit, intercedens pro famulis ibidem Deo fideliter seruientibus ad dominum Deum suum, qui eam pia miseratione sibi elegit in sacerdotem magnum, ad sacrificandum ei hostiam laudis. Dein singillatim apponitur, annus, indiction, dies, initiator his verbis: Anno dominica incarnationis 1000. indictione XII. mensis Nouemb. I. die mensis, dedicatum est hoc templum ab Heystolfo Archiepiscopo Moguntiacensis Ecclesiae, in honorem S. Salvatoris domini videlicet nostri Iesu Christi, & in honorem S. Dei Genitricis Mariae & S. Petri Apostoli & ceterorum Apostolorum domini, & S. Ioannis Bapt. & S. Bonifacij martyris Christi & aliorum plurimorum sanctorum. Et translatum est ipsa die ab eodem Archiepiscopo & ceteris Episcopis atque sacerdotibus, corpus S. Martyris Christi Bonifacij, post martyrium eius expletis annis LXXV. mensibus IX. diebus XXVI. in locum quem ei preparauerat venerabilis abbas Aegil, una cum fratribus eiusdem monasterij cum magno studio & pia devotione.

Altera aedes S. Michaelis instituta sepulchrum domini formâ modôque referebat, eratque sita in coemiterio fratrum, quam Brueuerus copiose describit; de cuius dedicatione haec extat epigrafe: Anno incarnationis dominice 1000. i. indictione XV. dedicatum est hoc cimiterum ab Heystolfo Archiepiscopo Moguntiacensis Ecclesiae, mensa lanu. XVII. Cal. Febr. in honorem S. Michaelis Archangeli. S. Ioannis Euangeliste. S. Abundi Mart. & S. amandi Confessoris, & aliorum plurimorum SS. atque Confessorum Christi. Celebrauit haec sacra Christi mausolea Candidus poëta versu non quidem valde delicato, sed pio & non insulso. Mortem Aegilis paucis Bruschiis his verbis exequitur. Eyygo (sic ille flectit vocem Eyygo Eygilonis) succedit abbatii Rotagario, parentibus Norica regionis ortus admodum nobilibus, hic cognatus fuit Sturmioni, qui duas templi cryptoporticus, alteram ad orientem alteram ad occidentem coniunctas a

M

Rotgario

C. 5. l. 2. p. 112.

Bruschi. in lib. de
mon. German.

Rogario construxit. Deinde in cæmiterij monte, qui ab ipso Michaeli Archangelo dedicatus est, unde & nomen contigisse dicunt, templam mira artis locauit, ad formam domini sepulchri, quod Hierosolymis visitur. Nam unus lapidis solido fundamento tota innitur domus, & culmen tecti uno lapide clauditur: quo in loco sepeliri etiam volunt. Siquidem paucis priusquam moreretur diebus, quatenus ob infirmam valetudinem non detinebatur, sarcophagum suis adornauit manibus & sepulturæ locum fratribus ostendit, ubi conditus quiescit, mortuus anno 824. Apponit Rabanus epigramma, cuiusmodi id æcum condere potuit, sed quod rem narrat:

Eul. antiq. p. 276.

Ingreiens Lector perparui domatis antram,

Cerne legen titulum, noscèque facta viri.

Abbas iste fuit famosus nominis Egil,

Qui jacet in tumulo, sed super astra manet.

Hoc quoque canobium rexit feliciter ipse;

Multaq[ue] facta bona rite peregit ouans.

Martyris ergo sacra cum praesule transtulit ossa.

Ac binas pariter has dicat ecclesiæ.

Post hæc alta petit, animamque adsidera misit,

Corporis infirmi membra locauit & hic.

Hic quoque Hrabanus vivilis successor amando

Conscripti hunc titulum. Christus utroque juuet.

Alterum ab ipso Ægile sibi factum.

Abbas hic Egil tumulatus sorte quiesco,

Qui dudum multis notus in orbe fui.

Hicque mea paruo clauduntur membra sepulchro,

Quod viuens ipse construere studui.

Hic dominum expecto, qui soluet vincula leti;

Cum eveniet, credo, surgere me faciet.

Qui plura de Ægile querit, adeat Candidum monachum Fulensem, qui res ab illo gestas prolixè & soluta & ligata oratione executus est, quas è verbo recitat Brouuerus in Sideribus Germania singulare volumine comprehensis. At nobis hæc pauca è pluribus sufficiant, quibus pleraque omnia, omissis parergis, complexi sumus.

B. TVTO

S. TVTO.



R. Sad. junior f.


21

Quisquis es, ex adytis gemmas qui radis et aurum,
Dilector nuncquam, stope redibis incops.
Aliae quid et tales non raro fulmina perdant,
Occupat aut rabies, exagitatio furor.

Inspice Tutonem, cuius sacra verba ministru.
Cesaris occidunt, dum sacra verba rapit.
RARO SACRILEGI DECLINANT NVMINIS IRAM,
AD TANAIM FVGIENT, NON TAMEN EFFVGIENT.

M 2

B. TVTO



B. TVTO

MONACHVS S. EMMERAMMI ET
EPISCOPVS RATISPOENSIS.

Vtonem tibi è manu VVolfangi Selenderi non in-diligenter scriptum ad verbum dabo, qui multam de S. Dionysio ex Gallijs furtim in Germaniam delato mentionem ibidem facit. Tuto, inquit, parentum nobilitate clarus, sed morū dignitate clarior, maiorū insignia nouis virtutū. ornamenti obscurobat. Exactis quippe infantia annis, cum in pueritiae etate pubesceret, liberalibus literarum studijs (vti erat capacissimi ingenij) operā nauare cœpit, in quibus & pueritia & adolescentia tēpus omne utiliter cū consumpsisset, atq; ad virilem jam peruenisset etatem, eam scientiae opinione, laudemq; sibi comparauit, quod Arnulfus rex Boiorum postea Imperator, non alium consiliorum secretorumque suorum conscientia habere voluit, nisi Totonem, quem & Cancellarium creauit. Itaque aliquandiu in seculo & aula Arnulfi versatus, displicere ei cœpit vita aulica, maxime quod videret in ea regnare superbiam, auaritiam sollicitare, inuidiam mordere, libidinem frangere animos. Quare tuorem Tuto viam ingrediens, magno religiose vita ardore corripitur, monasteriumque S. Emmerammi Episcopi & martyris, quod est Ratisponæ Ordinis D. Benedicti ingressus, atque magno fidei, devotionisque feruore succensus precibus diligenter intentus, raraque benignitate conspicuus, in omni puritate digne seruuit Deo, die ac nocte. Verum non du imbi latere potuit; mortuo enim Alpero Episcopo Ratisponensi, sciensque Arnulfus quanta vita sanctitate, humanitate, & prudentia Tuto præeditus esset, imperiali auctoritate (quia ita tunc tempora se-rebant) Episcopum Ratisponensem nominauit, & constituit. Vir beatus cum nullo modo ab imposito munere se subtrahere posset, humiliter tandem consensit, neque monasticam humilitatem exuens, fit pastor gregis prouidus, dispensator mysteriorum Dei fidelis, ad humanitatem & clementiam promptus, ad ignoscendum paratus, in corrigendis vitiis vehemens, in rebus seculisue politicis bene versatus, & disertus, in consilijs prudens & profundus atque propterea imperatori Arnulfo vehementer gratus, & quantum per occupationes Episcopatu; licuit, eidem semper adesse debuit. Quapropter cum in occidentalem Franciam Arnulfum fuisse secutus, corpus sanctissimi Dionysij Areopagitæ, quondam discipuli S. Pauli Apostoli mirabili furto sublatum cum Euangeliorum codice aurato & gemmato (qui jussu Caroli Calvi Francorum regis Parisijs aureis literis scriptus fuerat) ad dicto Imperatore sub finem vita sua accipere, Ratisponamque ad monasteriu-

1000 xci.
Wolfg Selend.

M 3 um S.

um S. Emmerammi (cuius alumnū humiliter semper se fatebatur & agnoscet) inferre meruit. Sed successu temporis post obitum nimirum Arnulfi Imperatoris & filij sui Ludouici, B. Tuto Gallorū præcauens infidias preciosissimum D. Dionysij corpus, cum venerandis S. Emmerammi reliquijs, muro templi Occidentem versus reverenter inclusit, in illo nimirum loco ubi nunc in Ecclesia S. Emmerammi vesiuntur crypta S. VVolfangi, & chorus S. Dionysij, atque cum illis tres coctos lateres cum inscriptionibus. Sed & chartulam subsequentia referentem adiecit: O quam felix erit, cui minus suspicanti aduersa hæc olim Deus reuelauerit. Sapienti omnino vñs consilio: nam non multò post Chunradus rex, qui Ludouico filio Arnulfi in regno succedit, Ratispone constitutus D. Dionysij reliquias auferre voluit, quas cum sciret absconditas auaritia stimulante preciosum Euangeliorum librum sibi dari poposet; quod cum à B. Tutone constanter negaretur, minis tandem ad id ventum est, ut præfatus magni precij liber coram Imperatore in altari exponeretur, cuitamen beatus Episcopus impetratus est, inquiens, Debitor sit S. Emmerammi in die judicij, qui hunc librum eius seruicio substraxerit. Quæ S. Viri verba & imprecatio mox effectum sortita sunt; nam seruus qui jussu Imperatoris librum abstulerat, mox dysenterie morbo, animam efflavit; Imperator vero equum prope monasterium incedens parem incurrit morbimolestiam, atque profluvio ventris laborare cœpit: quo facto exterritus ille sentiensque diuinam vltionem librum Euangeliorum reverenter restituit. Posthac venerabis antistes totum se ad illustrandum & exornandum monasterium S. Emmerammi contulit, atque ut aliquod specimen sua erga Deum & sanctum Emmerammum daret pietatis, altare seu tabulam argenteam inauratam quamplurimis gemmis, vñtionibus, lapidibusque preciosis decorasam, Græcorum more, conflavit, quæ in hodiernum diem magna admiratione visitur, venerandaque præsefert antiquitatem. Ipsius quoque promotione dictum monasteriū ab Arnulfo Imperatore & Formoso Summo Pontifice privesegium exemptionis, quatenus solis Imperatoribus, & regibus Romanorum in temporalibus, in spiritualibus vero SS. Sedi Apostolice immediate foret subiectum, accepit, quod prioribus seculis etiam à Carolo M. & Leone III. Pont. Max. fuerat sancitum. Concilio quoque Triburiensi territorij Mogunitensis, anno Christi nonagesimo quinto super octingentesimum, mense Maio, cum viginti duobus Episcopis interfuit, & subscripsit. Lunelaci in monasterio S. Michaelis Archangeli, quodcum temporis ad diæcesin Ratissonensem spectabat, cum frequens maneret, maxime quod esset locus solitarius diuinisque contemplationibus valde aptus, accidit, ut validissimum incendium Ratispone erraret, quodque totam urbem invulnit & subruit; tum ille quasi præsens esset, flammamque globos & rumas oculis rideret, omnia meruit agnoscere, adstantibusque reuelare. Multa præterea, quæ futuris temporibus euentura essent, propheticō spiritu prædixit. Accidit ut granis neclute premente, quæ per se morbus est, grauissimum oculorū dolorem pateretur, ita ut plane visum amitteret, & excæcaretur: quam corporis molestiam beatissimus

sumus pater patienti tulit animo, afferens se oculos corporis non magni facere, quos communes haberet cum muscis, dummodo interni oculi cordis, quibus diuinam maiestatem contueri posset, salui integrum manerent. Itaq; quadrageimo ordinatio-
nis & villicationis suae anno, Christi 10CCCCXXX, plenus bonorum operum sexto
Idus Octobr. placidissime obdormiuit in domino & appositus est ad patres suos. Atq;
sicuti S. Emmerammo in celo est sociatus, ita etiam sancto corpore est illi ratione
sepultura & vicinus. Ioannes Trithemius de viris illustrib. Ordinis S. Benedicti lib. 3.
c. 30. item lib. 4. cap. 260. beati Tutois meminit: Tuto, inquit, ex monacho cœ-
nobij S. Emmerammi Ratisponensis Episcopus, vir doctus & valde notabilis, qui
tam in spiritualib. quam in temporalibus pontifex sagacissimus est habitus, multa
documenta sanctitatis suae ad posteros transmisit, cuius gesta habentur. Idem l. 4.
c. 260. Tuthom monachus cœnobij S. Emmerammi Ratisponensis, & deinde ibidem
Episcopus vir moribus & scientia magnificus, & dignum se omnibus pastorem ex-
hibens, tam opere quam verbo clarus effulgens, sanctorum catalogo annumeratus est.

Inscriptio sepulchri.

**BEATVS. TUTO. EPISCOPVS. RATIS-
PONENSIS. ARNOLPHI. IMPERATORIS. CAN-
CELLARIVS. QVI. FVIT. MONACHVS. ET CVSTOS.
HVIVS. MONASTERII. OBIIT. ANNO. DOMINI.
10CCCCXXXIV.**

Notationes eiusdem Selenderi.

DE anno Episcopatus Beati Tutois oritur dubium: plerique afferunt, ipsum anno
Christi 885. Episcopum factum, atque Embrichonim immediate successisse, quod falsum est: cum inter B. Tutoem & Embrichonem Aspertus quidam annis quatuor
sive quinq; præsederit, ut ex archivis & libro traditionum S. Emmerammi patet.

XXXVIII. Complacitatio inter Aspertum Episcopum & Matharium.

XXXIX. Inter Aspertum Episcopum & VVikkernum diaconum.

XL. Com. inter Aspertum Episc. & Amalpertum & Bernhardum atque Richone.

Deinde etiam constat, tempore Asperi B. Tutoem fuisse diaconum: unde re-
felliatur error eorum qui existimat eum ante ingressum Ordinis presbyterum fuisse.

Quot annos rexerit, aut quo anno obierit, oritur dubium. Ad mausoleum ipsius
habetur ipsum obijisse anno 10CCCCXXXIV. aliqui 10CCCCXXVI. Ego insistendo
maxime M. S. Codicib. inuenio ipsum obijisse XII. anno Henrici, qui post Conradum
regnauit. Anno 10CCCLXXXX fit Episcopus, sub Arnulfo Imperatore, & sub ipso
nouem annos præsedidit: sub Ludouico duodecim: sub Conrado septem: sub Henrico
Saxone duodecim: quare in vniuersum annos quadraginta præsedisset; & obijisset
anno 10CCCCXXX. Error præterea quorundam manifestus est, afferentium (id
afferit Auentinus & Hundius) beatum Tutoem Ecclesiam S. Viti Prague con-
secratus, quam S. VVenceslaus extruxit, qui vixit tempore Ottonis I. D. VVolf-
gango id adscribitur. Vide septimum tom. Suri, fol. 729. mense Septembr.

S. VERONA

CVM S. VERONO FRATRE.

15000000.
IV: Cal. Sept.
Jacobus Mennelius in
S. S. Austria.

N

Nobilissima & sanctissima planèque cælestis virgo patrem habuit Ludouicum regem primum Boiaræ, post Austrasiæ seu Lotharingiæ regem appellatum, Ludouicum P. Imperatorem auum; Carolum M. proauum. Hæc cum, permittente, ut VVion docet, patre apud Rhenum monasterium ex suo nomine Veronhoue nunc upatum construxisset, illud ipsum ingressa & sanctimonialis consecrata ita p[ro]p[ter]e & sancte conversationem suam instituit, ut post mortem, diuorum catalogo adscripta meruerit etiam à mundo honorari 29. Augusti, quo ex hac vita migravit, anno ut coll. go 13CCCCVI: I. Moguntia, unde postmodum translata est ad monasterium S. Crucis inter Louanium & Furam vbi nunc digno quiescit honore.

S. Virginis Molanus S. fratrem Germanum adiungit Vero-
num. Sanctus inquit Veronus frater S. Verona sepultus est in Lemba quon-
dam opido in confinio Hannoniae & Brabantiae: sed corpus inde ad tuiorem lo-
cudem die de vitro. cum est translatum, ad montes videlicet Hannoniae. Dies transitus recolitur 30.
Indiculop. 76.
M. Marij: Martij: Inventionis 31. Ianuar.

C 31. Januarj.

S. Virgini, Molanus S. fratrem Germanum adiungit Veronum. *Sanctus*, inquit, *Veronus frater S. Verone sepultus est in Lemba quondam opido in confinio Hannoniae & Brabantie: sed corpus inde ad tuiorem locum est translatum, ad montes videlicet Hannoniae. Dies transitus recolitur 30. Martij: Inventionis 31. Ianuar.*

Mihi in his duobus sanctis illud duntaxat venit in mentem dubitare, an fuerint reuera Ludouici regis Boiarie, Pij filij, Caroli nepotis liberi, quod nulla horum in eius vita, nec in chartis & scriptoribus Francorum mentio sit. VVion hoc affirmat, mihi non vbi que certus. auctores prisci Ludouico Boiarie regi tres assignant filios tantum, Carolomanum Boiarie & Italiae regem, Ludouicum Germaniae & Boiarie; & Carolum III. Imperatorem, Sulpicati Veronum & Veronam naturales fuisse Ludouici, fortasse non improbum sit, nisi fuere Ludouici, nepotis Ludouici Pij,

principotis Caroli M. quod non au-
sim affirmare.



S. MAIN.

S. MENGOLDVS

SEV MAINGOLDVS DVX HOYENSIS


MARTYR.

MAingoldus matrem habuit Carolomanni regis Boiarum & Italiam filiam, Arnulphi Imperatoris sororem, quibus nominibus venit in album SS. Bauariae: propter auum inquam maternum Carolomannum & auunculum Arnulphum reges Boiarum quorum hic postea imperauit, & ipsam matrem Bauaram. Patrem tradunt Hungonem Anglorum regem, qui fuit sororius Osualdi martyris regis Nordhumbrorum. Sed temporum ratio aliud docet. Nam S. Osualdus Mart. & rex, Beda & alijs testibus, abiit in cælum anno 1000. non potuit ergo Hugo rex, qui non multò ante annum 1000. vixisse dicitur, sororius fuisse S. Osualdi. Nemo præterea ab anno 1000. usque ad nostra tempora dictus est regum Angliae Hugo. Hunc duntaxat apud Bedam regnauit anno 1000. Nec potuit ergo Arnulphus Imperator dare Hugoni, qui id temporis in Anglia nullus fuit, nec Maingoldus Hugone nasci. Ab Arnulpho Imperatore in uxore accepit Hugo Geilam viduam Guilemi dynastæ Hannoniensis, qui ferro cæsus interierat. Ceterum Maingoldus, ut scribit Molanus, nobilitati insigne adiecit titulum digni pœnitentis fructu. Cum enim aliquandiu contra Albricum ducem Wilhelmi interfactorem, eiusque typho adhaerentes, uxoris sua bona partim jure, partim vim vi repellendo defendebat, interfecit fundorum suorum incendiarium & prædonem Baldwinum dum, quiccorupto nomine appellatur Beuinus: sed in patris necem vindices surrexerunt quatuor liberi. Unde cum disfidiorum & malorum fomenta crescerent, S. Mengoldus militie abrenunciavit: sed per compunctionem mundauit, & Deo mactauit. Integro enim septennio pœnitentiam egit de homicidijs certisque peccatis. Postmodum recepit ad oratorium sanctorum martyrum Timothei & Symphoriani, quod situm est ad Confluentiam Hoy & Mose. Is enim locus cum appendicibus ei donatus erat ab Imperatore: eodemque in loco, cum post sepius postulatam concordiam nondum extincta esset antiqua ira, dum ad templum iret ab Ingelfredi consanguineis mactatus est. Sed a Leo multis miraculis post necem celebratus, & a clero ac plebe inter Dei martyres honoratus est. Natalam celebrant, Canonici Hoyenses die octaua Febr. Translatio cum S. Domitianis translatione concurrit die 15. lunij, sed ob concursum sequenti die recolitur. Hæc Molanus.

1000.
Sigebert. codex an.
Ex offic. Ceri. Hoy.
to. Molan. in SS. Bedz.
XX. Febr.

Hoyum

Hoyum porrò ciuitas est in tractu Leodiensi apud Eburones ad confluentes amnium Mosæ & Hoy. Dynastia olim Hoenensis postea Hasbaniensis dicta. In Hoio nobilissimam ædem posuit magnæ Dei matri beatæ mem: Theodouinus pontifex Leodiensis, item ex inclita principum Boiarie stirpe oriundus, de quo infra cognosces. Ceterum Mengoldus, si propriè verèque martyrem definias, qui religionis Christi & professionis fidei, virtutis auti justitiae causa occubuit, non veniet in album martyrum, quemadmodum & D. Sigismundus Burgundionū rex, Colomannus & Nantuinus, alijque complures alijs nominibus, quamvis innocentes, interfici verè martyrū nomen non ferent, sed quod viri cetera sancti, per falsas criminationes circumuenti mortem constanter obierint, atque iniurias cædēmque patienter tulerint, cælum publicis prodigijs illorum voluit innocentiam per orbem testatam esse.



S. MATHIL-

S. MATHILDIS

'HENRICI I BOIORVM DVCIS MATER,

HENRICI REGIS COGNOM.

AVCVPIS VXOR.

DIua Mathildis alijs Mathilda alijs Mechtildis nuncupata ex antiquissima & nobilissima VVitichindi Saxo-num Principis, qui triginta totos annos aduersus Caro-lum M. belligerauit, stirpe, hac serie descendit:

VVitichindus M.

VViguerius

VValpertus

Theodoricus primus Comes Ringelheimensis & Alteburgius.

Mathildis.

Hæc nupsit Henrico Aucipi Germaniæ regi, Othonis M. im-peratoris & Henrici I. Boiarie Principis parenti, filio Othonis Saxo-niæ Ducis. Ita Mathildis & Henricus ab eodem capite genus ac-cersunt, quorum Bruno proauus Henrici frater Germanus fuit VValperti, cui Mathildis, quæ sanè generis incliti splendorem illu-stribus virtutum studijs non solum æquauit, sed longè etiam supe-rauit. Testatur VVitichindus antiquissimus & prope illorum temporum æqualis scriptor se foeminæ sanctissimæ virtutes nec ingenij modo nec vlla eloquentiæ copia asse qui posse: Illam sibi mo-dicum domicilium propter ædem sacram constituisse, contentam exigua breuique somni quiete, de multa nocte surrexisse, templum adiisse, ibidemque votis & precibus intentam præstolatam donec res diuina publica ceremonia fieret. Interim nec ipsam nec familiam eius unquam à laudibus Deo dicendis cessauisse: tres canto-rum cantatricumque classes instituisse, quorum chorus puellarum in ipso ipsius domestico conclaui numen cantu celebrarent, alte-rum extra

12 CCCCLXIX.

Prid. id Mart.

Serar. ex M. S. p. 688

C. 689.

Fabric. mortem eius

anno sequenti notat.

Martyrolog. Rom.

prid. id. Mart.

Baron. eadem die.

VVitichind. Saxo-

Luitprand. L. 4. c. 7.

Petrus Cratensis. de

SS. German. p. 209.

qui Mettilden vocat.

Crantzus Saxon. p.

70. l. 3. c. 2.

Fabric. l. 2. p. 104.

C. 725.

Nicolass Renfer.

p. 15.

rum extra cubiculum; tertium virorum in ipsa via inter fores templi & domus. Addunt alij illam omnia Davidis carmina memoria complexam quotidie recitasse: post deinde secundum cultum diuinum, versam ad miserorum curam, ægris ope quæ potuerit attulisse, egentibus sua manu benignè fecisse, peregrinos & hospites largis donis munericibusque prosecutam, neminem denique illius subsidium implorantem, absque spe, ope & auxilio dimissum. Aduentibus vel procul è fenestra prospectis submissa ab illa xenia cum victu. Ita seculi sui Mathildis matrona religiosissima verum virtutis fuit exemplum, multis cælestium bonorum gratijs aucta, conscientia diuinorum. Guilelmo ex Othono filio nepoti, pontifici Moguntino mortem prædixit, pro salute defuncti preces indexit, quibus illum egere testata est, ipsa XII. post die nepotem sequuta in cælitum societatem rescripta. Iuuabit excitare & audire testes ipsos illius mores, virtutes, laudes, facta denarrantes. VVitchindus primus esto: *Eodem tempore quo hæc intra Italiam gerebantur summus pontifex VVilhelmus (summum pontificem in sua prouincia Archiepiscopum appellat) Archiepiscopus Mogunitinus vir sapiens & prudens, pius & cunctis affabilis à patre sibi commendatum regebat Francorum imperium. Cuius mater licet peregrina nobili tamen genere erat procreata. Hic cum audisset ægrotare capiſſe matrem Imperatoris mira sanctitatis famam nomine Methildam, dumque eius expectat funus, proprio funere ipsius funus precedit. De cuius laude si aliquid dicere cupimus, deficimus: quia omne argumentum ingeniali nostri superat virtus tantæ feminæ. Quis enim dignè posset explicare eius vigilantiā erga cultum diuinum è omni nocte, omnibus modis, & omni genere cellulam suam diuinorum carminum melodia implebat. Erat enim ei cellula Ecclesiæ proxima, in qua modicè requiescebat, de qua omnibus noctibus consurgens intrat Ecclesiam nihilominus cantoribus & cantatricibus intra cellulam & proforibus & in via triformiter constitutis, qui diuinam clementiam laudarent atque benedicerent. Ipsa intra Ecclesiam in vigilijs & orationibus perseverans, missarum solemnia expectabat, deinde infirmos vbiunque audiuit in vicino visitauit, necessaria præbuit: deinde pauperibus manum porrexit: hospites, qui semper aderant, cum omni largitate suscepit, neminem sine affatu blandodimisit, nullum sine munusculis fere vel necessarijs adiumentis vacuum reliquit. Sepe viatoribus, quos longius de cella prospexit, necessaria transmisit. Talia operalicit valde humiliter diebus ac noctibus exerceret, tamen nihil de honore regio minuebat: & sicut scriptum est, quamuis federet tanquam regina circumstante populo, semper & vbiique tamen erat mærentium consolatrix. Domesticos omnes famulos & ancillas varijs artibus, literis quoque instituit: nam & ipsa litteras nouit, quas post mortem regis lucide satis didicit. Ergo si omnes virtutes eius velim*

velim narrare, hora deficeret; facundia Homeri vel Maronis, si adesset, non sufficeret. Igitur plena dierum plena omni honore, plena operibus bonis & eleemosynis: cunctis diuitijs regalibus distributis, seruis Dei & ancillis ac pauperibus 2. Id. Mart. animam Christo reddidit. Luitprandus eiusdem aucti scriptor: Vbi & venerabilis coniunct regnique consors ex eadem gente nomine Mathildis, ultra omnes quas viderim & audierim matronas pro delictorum expiatione celebre exequiarum officium viuamque Deo hostiam offerre non definit. Ditmarus & ipse synchtonos de morte Guilelmi & Mathildis haec tradit: Insuper VVilhelmus sancte archipresul Moguntiae, cui cura ab Imperatore domino suum & parente commissa fuit, Parthenopolin disponendi, ceteraque regnunecessaria regendi, cum regotantis reginæ finem Mechtildis expectaret in Redulerothe VI. Non. Martij moritur. Huius obitum nimia corporis infirmitate oppressa, venerabilis regna nullo adhuc certa nuntio presentibus cunctis intimauit. Filius inquiens, meus VVilhelmus, pro dolor jam expirans, memoria indiget salutari. Et Luidolfus abbas Corbeiensis egregius, corporaliter sibi occurrentem illum nocte eadem, qua transiit videns obstupuit, & mortuum hunc esse confitribus nunciauit. Posthac s. Mechtildis 2. Id. Mart. migravit ab hoc exilio spiritum committens, ac creatori suum reddens domino, sepultaque est coram altari Christi, presulis Seruatij juxta seniorem suam: quia quem viventem dilexerat, huic se mortuam coniungi quamdiu deguit, semper implorauit. De eadem idem scriptor: Interea Tammo natus est, & mens regis ab amore uxoris decrescens ob pulchritudinem & speciem cuiusdem virginis nomine Mathildis secreto flagravit: jam jamque latentis animi feruor erupit, & iniusto se habtenuit multum peccasse connubio tandem professus per affines legatosque suos filiam Theodorici & Reinilda ex VVidikindiregis tribu exortam, appellat, ut sibi satisfaceret. Et quia flexibilis est muliebris animus, & quia sciebat eum in cunctis elegantem, consensit, coniunctaque ei tam in diuinis quam in humanis paruit. Quae tres filios congruo pariens in tempore, Ottonem, Henricum & Brunonem, profbere educauit, doloremque partus tanta stirpis dulcedine superauit. Rursum Ditmarus de eiusdem pietate & religione juuandi mariti defuncti. Et inclita & venerabilis gesta Mathildis, quæ post excessum senioris sui summopere fecit, equidem paucis comprehendendi ad imitationem bonam fidelibus cunctis. Quia sancta est, ut scriptura docet & salubris cogitatio pro defunctis orare, & eleemosynis absolutionem his impetrare. Legimus quod unius captiui vincula, quem & uxoris sua putans mortuum, a siduis procurauit exequijs, toties soluerentur quoties pro eo acceptabiles Domino patri hostias ab ea offerri procurarentur, ut ipse ei post retulit, cum domum suam liber reuifit. Hoc exemplo domina Mechtildis viro suum & vinculo momentaneo mortis depresso succurrerit, non solum pauperibus verum etiam auibus victimum subministrans. Congregationem quoque sanctorum in die tricesima supra memorata urbe statuit, & huic quantum ad

N

victus

lib. I. p. 16 v. 17.

vicitus & sui vestitus necessaria suppeditabat ex sua proprietate, laudantibus hoc sui
 met filius concessit & scriptis confirmavit. Afferunt nonnulli eandem hoc summi-
 pere diu nisam fuisse, quod junior filius suum Henricus, patris sedem posideret;
 Sed hoc dominus electos sibi ad unaque & semper praordinans, noluit, nec summa-
 tum optima pars consensit, sed ratione prudenti & ideo facile suadenti hæc mœren-
 tis reginae animum paulo minus à proposito declinavit, & huic Bauarios ad tue-
 dum aptius assignari, præhabito sibi nato maiori consulitur. Fasti Romani: Hal-
 berstatti in Germania dormitio B. Mathildis regine, matris Othonis I. Impera-
 toris humilitate & patientia celebris. Cranzius eandem laudat: Erat au-
 tem Henrico regi (ut diximus) coniunctus consors regni, clara atque nobilissima, no-
 minis & Mathildis, filia Theoderici Comitis de Ringelheim ex eadem Saxonum gen-
 te, cui fratres essent VVedekindus, Immotus, atque Reginbertus: à quibus magna
 nobilitatis propago disseminata est. Hic est Reginbertus, qui pugnauit in Danos in
 cursantes multoque tempore Saxoniam vexantes, & cœvitque illos liberans patriam
 ab illorum incursionibus. Erant autem omnes hi, rex cum regina, & quante no-
 minati sunt, ex stirpe VVedekindi M. Ducis Saxoniæ, qui bellum gesti in Karo-
 lum M. per annos xxx. Genuit autem Henrico Mathildis ante regnum Gerber-
 gam filiam, quam despondit Giselberto Lotharingie Duci. Filium quoque Otto-
 nem industrum, vividum, elegantem, & omnibus naturæ donis foris & intus
 abundantem, qui patris successit in regno. Post regiam vero suscepit dignita-
 tem genuit Henricum patri cognominem, virum fortem & illustrem: quem post
 rebellionem Otto frater exaltauit, ex cuius etiam stirpe imperatores prodierunt:
 tertium genuit Brunonem pontifica dignitate Coloniae honoratum, & qui cum pon-
 tificatu ducatum Lotharingie administraret: quod suo loco memorabimur. Pro-
 curauit illa filio suo Henrico apud Othonem M. Boiarium, vt cum
 aliis docet VVitikindus: Illis diebus Bertholdus frater Arnulphi procurabat
 Baioarium, pugnansque contra Vngaros, viel orque existens triumpho celebrif-
 aetus est clarus. Igitur cum omnia regna coram eo (Othone) siferent, & potestati
 ipsius omnes hostes cederent, monitu & intercessione sanctæ matris eius
 recordatus est multi laboribus fatigati fratri, præfecitque eum regno Baario-
 rum. Bertholdo jam defuncto pacem & concordiam cum eo faciens, in qua usque
 in finem fideliter permanxit. Erat autem ipse Dominus Henricus copulatus ma-
 trimonio filiae ducis Arnulphi, famina egregia formæ, mirabilisque prudenter.
 Hæc VVitikindus, quæ Crantius copiosius Illustrat: Nec longum, in-
 quirat, tempus in medio, cum moriente Bertoldo Bauarorum duce sine prole, eius-
 dem matris precibus rex flexus ducatum illi donauit, cum omni juris solemnitate.
 Habebat enim Henricus coniugem filiam Arnoldi quondam Bauarie ducis (ut
 etiam illa ratione non extraneus videretur) faminam prudentem & omni flore
 pudicitia formæq; multis præstantem. Filij autem Arnoldi memorati propter
 perfidiam patris & propriam, à ducatu exclusi, Comites erant Bauarie: quamus
 alter ex his Kodolphus coniugem teneret Germanam Ottonis & Henrici. Ex hoc
 autem

Irid. id. Mart.

Lib. 3. c. 2. p. 70.

autem die Heinricus dux Bauarie fratri regi semper fidelis permanebat. Nec Vrspergensis, quem prius laudatum oportuit, silentio transmisit nobilissimam reginam: Erat autem regi Henrico vxor & consors regni clara & ^{Pag. 207.} nobilissima nomine Mathilda, filia Theodorici ex eadem Saxonum gente, cuius fratres erant VVitikind & Immod & Reginbern. Reginbern autem ipse erat qui pugnauit contra Danos multo tempore Saxoniam vastantes, vicitque eos liberans patriam ab illorum incursionibus usque in hodiernum diem. Et hi erant ex stirpe magni ducis VVitikindi, qui bellum potens gesit contra Carolum M. per annos ferme triginta. Genit autem Henrico Mathilda ante regnusceptionem filiam Gerbirga, quam Giselberto Duci Belgicæ dederat; filium quoque Othonem mundi amorem. Post regiam verò dignitatem genit secundum, quem patris nomine vocavit Henricum, virum fortem & industrium, patientia satis ornatum, consilio prouidum, vultus nitore gratus: tertium quoque filium genit, nomine Brunonem, quem pontificis summi ac ducis magni officiu vidimus gerentem. Auentinus: primus, inquit, Saxorum, qui Bois imperauit, est Hainricus, frater Germanus Imperatoris Ottonis M. Cæsaris Augusti. Is vultu patre referebat, idcirco plus à Liua Mathilda matre sua amabatur. Huus precibus Otto exoratus fratri Hainrico ducatum Boaria mortuo Berchtoldo tradit: Hainricus posthac bonus fidusque regni mansit. Fabricius de eadem: Henricus animum postea ad Mathildim adiecit, non regis Francie Ludouici filiam, ut Bucketus scribit, Placentiae modo dictæ sororem; sed filiam, (ut Gemblacensis) Comitis Ringelheimij Diterici, qui è VVitechindi Saxoniae regis stirpe, non minus atque Henricus ortu trahebat: Erat enim Mathildis VVitechindi abneptis: Henricus vero Brunonis fratri VVitechindi pronepos: fratres Mathildis erant clari illi & insignes viri, VVitechindus, Amedeus & Kedibertus, de quib. dicetur lib. 5. Ex ea genit filios tres. Ottone, Henricum, Brunonem. Othonem quidem antequam imperator fieret, reliquos duos in ipsa imperij dignitate: filias tres, sed ante imperij unica Gerbergam factus imperator, Heduwigam, & Mathildim, quæ Ganguinus Engelbergam vocat, & Othonis ait filiam, depravata. Gerberga uxor collocata primum Giselberto duci Lotharingie; deinde Luduico VII. regi Francie. Heduwigis uxor fuit Hugonis Comitis Parisiensis, cognomento Magni. Cuspinianu iterum inconsulto pro Hugo Othonem, pro Heduwig, ponit Adelheidim Bucketus somnians, Agondam. Harum duarum filiarum meminit Corbeiensis, duas reliquias ipse prætermittit; sed nominant annales Brunsigij. Richisam collocat Arnolfo Guelfi II filio, Comiti Aldorfio ex Rauenburgio in Bauaria Mathildim creat sacerdotem maximam in canobio Quendilburgio, quod pater ipsius extruxerat. Idem: uxor eius obiit etate proiecta, annu agens circiter septuagesimum septimum prid. Id Martij anno supra noningentesimum sexagesimo nono: & juxta maritum conditur. Ad quorum etiæ latera Mechtildis filia, societas Quendilburgia prima sacerdos maxima conditur. ut è monumentis licet cognoscere. Petrus Cratopolus: S. Mettildis mater Ottonis I. imperatoræ matrona religiosissima. Fuit plena omnibus bonis operibus, humilis, patiens & adeo deuota & feruens in oratione, ut totum psalterium memoriter tenuerit, & perorare per singulos dies consueuerit. Cum mortem vicinam ex propheticis spiritu jam præuidisset, ad eam se totis viribus preparauit & ad Christum virtutis speculum feliciter migravit. In Quendilberg monasterio quod ipsa fundauit, requiescit.

Lib. 5. p. 389. ed. Basili.

*I. 2. p. 125.
Dess. Germ. p. 109.*

B. TAGMO

EX CLERICO RATISPO. ARCHIEP.

MAGDEBURGENSIS.

Dago, Dado, Dudo,
Taginus, Dageno.
C12 XI.

V. Id. lun.
Dietm. l. 6.
Arnolph. Com. l. 2.

de S. Emmer. &
VWolfg.

Baron. annal. XI.
anno 1003. & 2012.

Trith. Chron. duc.
Bauar. C12 IIII.

p. 105.
Demochar. de Missa
sacrif. p. 79. de Mag-
deburg.

H. Canis. t. 2. ant.
lect. p. 84.

Ar. VVion. l. 2. p.
249. c. 26.

P. Langius Chron.
Citizensi.
Crantius l. 4. c. 3.
metrop.

1003.

Dicitmarus auctore est, Tagmonē Ratisponæ à D. VWolfgangō, quem ille VWulponem vocat, à puerō edūctum, locoque filij habitum. Vnde tu facile discas, Tagmonem omnem virtutis sanctitatem tanquam ē spiritu & ore VWolfgangi hausisse (quod in eius sinu & gremio adoleuerit) nō secus atq; Elisaeus olim ex Elia hauserat. Cum ex ephebis excessisset, jámq; ad virilē ætatē succreuisse, mira in cultu vitæ morumq; compositione prudentia eluxit, quæ res D. VVolfgangum, cui in paucis charus erat, impulit, vt eum familiæ regendæ præficeret, vicariaque potestate augeret. Quo in munere tam circumspetè se gessit, vt in illius cura D. VWolfgangus penitus conquierceret, omniaque rata haberet, quæ fecisset. Nec alium sibi in cathedra successorem optabat, quanquam videbat, illum ad maiorem pontificatum prouectum iri, quod & illi in yltimis aperte ruit VWolfgangus, cùm post decennium sublimiores illi honores quibus ornandus erat, prædixit. Commendauit eumdem pluri- mum Henrico Boiariae principi & filio eiusdem, qui postea imperauit. Tandem cum Gislerus Magdeburgensis antistes ex ante d. viii. Cal. Febr. pallium sacrum archiepiscopi insigne, cum vita exuisset; vt idem Tagmo indueret, D. Imperator Henricus commendatione sua effecit: quem ipse pontificatum annos octo, menses quatuor, dies septem, summa cum laude administravit, decessitque anno c10xi. v. id. Iunij. Virtutes eius & laudes quinto & sexto volume familiaris & comes eius Ditmarus Episcopus Merseburgensis rudibus, quidem verbis, vt illud seculum ferebat, sed veris, in hunc modum describit: *Fuit his egregius clericus VWolfgangi, qui Ratisponensem pins pastor habitu & conuersatione monachus, rexerat Ecclesiam.* Huic tam charus erat iste, vt in vice filij à puerō nutriens, eundem jam adulum boni simet omnibus præfecisset. *Insuper ducis & imperatoris gratiam in tantum ei acquisiuit, vt si quando sē de hac luce, diuina iusione, subtraheret, hunc sibi successurum non dubitaret.* Consummato tunc huius exilijs cursu. VWulpo in sanctitate admirabilu[m] venerabilu[m] antistes, cùm jam usque ad mortem agrotare ceperisset, accersito ad se dilecto Tagmone, Pone, inquit, fili, os tuum super os meum accipiens

B. TAGMO.




Tagmo quid in uestitu morituri presulis heres?
Præsule cum Sancto vis moriente mori?
An velut aurige calestis pallia vates
Speras, et duplice viuere vis anima?

Certe seu stantis, seu speciem facta iacentis,
Spiritus et virtus par in utroque fuit.
Nam recti cultor semel sibi format alumen,
Accipiens sequitur cora subacta manum.

N 3.

accipiens



accipiens à domino insufflationem spiritus mei, ut vbiunque ardore juuentutis incalcent in genuina charitate sis frigidus, à summa potestate, meique benevolentia temperamentum accipias, & si meis honoribus forsitan priuaberis, post bis quinos solares annos, cum mea apud dominum luo commissa, maioribus pro certo letaberis. Post hæc vir sanctus cum finem suum in spiritu præseiret, justus in Ecclesiam portari, expletisque ab eo orationibus, ceterisque que à fratribus facienda erant secum sibi commissis domino commendans, prid. Calend. Octobr. sanctum emisit in pace spiritum. Electus ille ab universis ad imperatorem venit, sed promissa non percipit, datō tunc ab imperatore Episcopatu Capellano suinet Gebehardo. Committitur huic iste fideliter & quamvis ab eo honorabiliter haberetur, tamen quia bonum & malum non sunt ad aliquid, non longum tempus cum eo ob morum suorum in equalitatem versatur. Adhæsit namq[ue] illico Henrico tunc duci, & propter castitatem mentis & corporis ei complacuit, ac usque ad hunc diem, quam prefatus sum, malis molestiæ, bonis accepte per dies & per noctes ei seruuit domino, & hominibus sua specialiter impendere satagens, completarque ob hoc à rege, propter sancti viri ab eodem unice dilecti amorem, veridicum eiusdem vaticinum, decursis tunc, ut ipse dominus Tagmo sepe mihi retulit decem annorum curriculis: qui charissimum suum dominum ac reginam cum omnibus consocijs multiplicibus, ut decuit, honoret muneribus, nequaquam sue benignitati adhuc suspetentibus. Inde rex cum eodem ad castellum ipsius nomine Gibigenstein pergens, omnia qua ibidem ab Giselero antisite collecta sunt singulariter perspicit, & hæc esse superflua testatur. Dehinc Mersburg diu pastore suo viduatum, consolationis gratia adiens tandem pristinis restitui honoribus quam maxime conatur. Ibi tunc Tagmo venerandus 1111. Non. Febr. id est vñctvñ domini, id est obniatione justi Simeonis, accepta ab Hilderico antisite licentia, qui primus horum in ordine fuit confratrum, à Villigiso archipræsule Moguntino consecratus est, praesente rege ac Romano nuncio omnibusque coepiscopis ad hæc fauentibus. Et quia is, ut scriptum eius testatur, a solo ordinandus apostolico huc venire propter instantem necessitatem non potuit, ibidem sacri christiani delibitione tunc ciuium impletum numerum, Walthero post se omnem committens episcopatum. Et infra de morbo & morte eiusdem: Die sacro pentecostes

21. 5. p. 78.

Tagmo Archiepiscopus infirmari caput, & Missam carere non potuit: Tunc iussussum indignus hoc officio succedere. Postera die ad modicum convuluit archiepiscopus, & ad regem ambulans se multum communis, & post hoc in tantum tardatur, ut per se nunquam aliquid facere potuisset. Accessito tunc ad eum fratre meo abbate Sigefrido, ac praesule Erico, illis confessionem fecit, & in quinta feria, cum jam inde voluissest pergere juxta caminatam regis, folio portatur suo & elevato à capite pileo dormientem alloquitur seniorem: Grates

N 4

tibi condi-

tibi condignas, domine mihi carissime, referat omnipotens dominus de cunctis miserationibus tuis, quibus peregrinum me hactenus visitasti & consolatus es. Et tunc ad Ecclesiam veniens audiuit missam presentes benedicens. Inde portatur ad nauim, & in ea VVuganstein deductus est. Ibi tum Sabbatho requiebat, & in die dominica juxta urbem suam Squitum vocatam nauigio venit. In secunda autem feria in ipso itinere cum iam pene defecisset, VValtherdum ad se vocauit praepositum, eiusque fidei se suosque committens V. id. Junij non obiit, sed ad Christum, quem semper amavit, latus abiit. Fit oratio a confratribus cum intermixtis fletibus, & Bodomiles ad regem ad hec indicandamittitur. Corpus autem archiepiscopi ad Fraham ipso die venit, & ibi sacerdotalibus vestimentis paratum ad sedem suam transfertur & cum ingenti tristitia ab omnibus suscipitur. Postremo addit, Tertia tunc dies erat, qua sacerdos predictus obierat, quae cum septima & trigesima in uniuscuiusque fidelis exitu, memoriter ob mysterium in se continens celebranda, id est ob fidem sanctae Trinitatis & septiformem spiritum. Ac dehinc corpus benedictum usque ad locum sepulchricarium & planctu defertur, ac positum est occidentali parte in choro ante cryptam, quam ipse fecit & consecravit, & in qua se quam diu vixit, coram altari rogauit sepeliri: ubi idem lachrymabiles saepe effudit orationes. Sed VValtherdus locum hunc in quo nunc pausat, quia non erat dedicatus anima salubrem & intrœuntibus conspicabilem dilecto suimet seniori prouidit. Sed quia beatissimes virtutibus suis cum Christo vivunt, & in hoc seculo scriptis, non est bonus, tantum patris inclitam conuersationem silentio tegere, sed veritatis luce omnibus proficiens innotescere. Erat hic justus, timoratus, ac mirabilis charitatis, largus & fidelis, castus ac mitis, prudens & stabilis, canonicus habitu, sed monachus in omni conuersatione sua: virtus in cunctis ob meliorationem asperere carpebat, bona quaque laudans. Non fuit apud modernos ullus pastor qui confratribus suis familiarior esset, hos amavit, atque coram populis laudauit. In primo ordinantis sua anno templum domino edificare caput. Presbyteris & Diaconis vestitum suimet VI. I. Siclis, Subdiaconis autem & inferioribus IV, adauxit. Nisi infirmitas obfisteret, omni die Missam & Psalterium cantauit, & quia jeunare ob lastitudinem non potuit, eleemosynarum multitudine redemut. In vigiliis supra modum laborauit, & quia parum manducare ob infirmitatem dentium potuit, potu quamvis mediocriter facile satiatur. Nobiles genere & moribus amavit, ignobiles autem non contempserat, sed in sua familiaritate habuit. Culteres Christi dilexit, contemptore autem eius justè prosequitur odio. Omnia sibi diuina commissa exoluit, & lucrari contendit. Antequam diuinum perageret mysterium, Seuerus fuit & post, omnibus hilaris arrisit, & persæpe cum suis Kyrieleison cantauit. Nequeo ex parte mea numerare; quantum pietatis munus nulli indigno studuisse impendere: hoc tantum scio, quod nunquam illi digna remuneratione de his respondi. Obedienti ut quam ei susque successoribus in examinatione

natione promisi, minimè adimpleui: Harnaburg & Frasen ac Pretin urbes cum
curte vna, quæ Eſiconis fuit Comitis, suæ acquisiuit Ecclesiæ. Apparatum epi-
scopalem satis egregium & affluentem congregauit. Octo annos & menses qua-
tuor & septem dies columnæ Ecclesiæ sedebat, cadens ut prædixi præsentialiter, sed
inuisibili templo domini translata manet perpetualiter. Idem Tagmo au-
toritate sua in concilio Francofurtano præsente imperatore om-
nes Episcopos traxit in suam sententiam, quantumuis VVirzbur-
gensi repugnante, vt Babenbergensis pontificatus admitteretur.

Dum. I. 6.
Baron. an. 16 Ec

Idem S. Brunonem Prussorum doctorem inclitum martyrem, iuf-

sulioannis, quē xix. hoc nomine pontificē Rom. numerant, Archie-

piscopum initiauit. Diuinus ergo pontifex Tagmo Bauariam

Sanctam meritò illustrat, cum in ea altus sit
& educatus.



S. MACA-

S. MACARIVS
EX PATRIARCHA ANTIOCHENO
PEREGRINVS APVD BOIOS
ET BELGAS.

C15 XII.
V. Id. April.
I Sur, mense April.
p. 616.
Fasti Rom.
Molanum in Belg.
Martin. Delr. in dis.
quisit. Mag. l. 6. c.
2. sect. 3. q. 3.
Baron. 10. XI. an.
1012. Et martyrol.
10. April.
Jacob. Meyer annual.
Flandr. l. 2. p. 26.
anno 1011.
Canis. Martyrol. 10.
April.

p. 616. mense Apr.



Acarium ipsa vox beatum prædicat, quanquam saepe spem parentum felicia nomina liberis imposita cludunt. Quam multos Christianus orbis D. Ioanni cognomines fecit, quorum pauci interim ad virtutis eius non dico fastigium aspirant, sed primum adeo limen vix libant. Quot legiones Laurentiorum, Georgiorum, Mauritiorum recensemus; quam pauci cælestes herorum istorum animos & spiritus induunt. Myriades sexcentæ Mariæ, Catharinae, Hagnæ nominibus insigniuntur; quotæ castimonia, modestiam, verūmque virtutis colore inde trahunt? Nihil tam incertum quam ex nomine ducere omen, nisi cum cælites appellationem dicauerunt. Macario nostro feliciter res cessit: nec ob id tamen felix & beatus, quia nomen retulit beati, sed quia maximis illud virtutibus impleuit, vt vita morisque potuerint illi nomen condere, si parentes aliud dixissent; quemadmo dū ex factis suis, non alienis ominib⁹ nomen inuenere Alexandri, Pompeij, Constantini, Theodosij, Caroli, omnes Magni, propter operum quæ patrarunt magnitudinem appellatati. Armenia fidus hoc Orienti prius creauit, maximisque honoribus auxit: & sedi Antiochenæ magnum pontificem præfecit, vbi Macario Macarius, patriarcha patriarchæ successit. Sed insolens tanti fastigij, abdicatum honorem in Eleutherium declinat, vt ipse liber curisque expeditus, sub paupere & peregrino cultu lateret, terras passim sanctorum vestigijs consignatas adoraret. Primum Hierosolyma adjit, mox in occidentem, & inde in septentrionem versus ad Bauarium diuertit, ibique solidum annum hæsit. sic enim Surius. Post multa terrarum temensa passacia, cum suis comitibus beatus patriarcha in Boiaria peruenit, vbi commodum hospitem inquirens, diuina agente prouidentia, in ædes Adalberti virim agnæ dignitatis & prædiuitis delatus est: ad cuius dignitatem non parum addidit tantus pontifex hospitio receptus. Retinuit autem is apud se virum Dei cum officijs eius, anno integro per quam humaniter officioseq; illi, semper in seruiens & praebens

bens benignè necessaria. Non est autem tante charitatis fraudatus premio.
 Uxor eius Aua nomine, multo tempore jam vexata morbo grauiissimo & que adeo
 viribus deficiebat, ut eius vita plane prodesperata haberetur. Nihil ultra
 potuit eloqui, sed continenter eius obitus expectabatur, non absque multa familie
 & propinquorum defatigatione. Dolui eius vicem B. Macarius, ad solitas
 recurrunt preces, aquam benedicit, crucem suam eo intingit, tres guttulas ab ea
An Euze
 ecce vim crucis &
 aquasacra. cruce in eius os instillat, crucis signum exprimens & ab ipso mortis aditu illam re-
 trahit ad vitam. Vix intercedit horæ spaciū, mulier reualescit, residet, ac-
 cerdit maritum, loquitur expeditissime. Vnde, inquit, domine mihi, hic homo venit
 ad nos, quia tam præclaris meritis nos longè antecellit? O nos felices, qui eius mer-
 uitus frui contubernio! Illi sane post Deum debeo & vitam meam: quaer-
 tur in opibus nostris, quò tanto beneficio aliquam & vicem rependamus. His di-
 elis surgit sana, lœtatur familia, laudes Deo, grates & viro sancto aguntur, offe-
 runtur ei munera, sed hospitalitate contentus, quod gratis accepit, non nisi gra-
 tis dare voluit, admonuitque eos, ut ea in pauperes conferrent. Crescit inde er-
 gaeum & veneratio, quod manus suas videretur excutere ab omni munere. Sed
 quia & vix villa domus est, in qua non sit alius qui & fallere posse, & in fraudem
 impelli, non defuit etiam hoc in loco fallacia inimici. Erant duo ex Adalberti
 familia, qui ut per scelus possent sibi opes parare, clam furantur linteum, quo sa-
 crificans vir sanctus manus solebat abluere: planè enim sibi persuaserant pro-
 pter tanti viri sanctitatem efficax illud fore ad quos suis curandos morbos cogita-
 bantque, si res succederet, ex eiusmodi curationibus grandem sibi conflare pecu-
 niam. Ne posset autem furtum comprehendendi, aliud linteum in ablati locum repo-
 nebant. Non planè culpanda fuisset ea fides si absuissent sordes & prava cupiditas. Interim res tota & viro Dei diuinitus reuelatur: & ille quidem pro sua man-
 suetudine voluit eam tegere, ne patarent ignominia, sed præpotens Deus non est
 passus latere: ambos illos flagellat febri acerrima. adeo & vir sanctus præ commis-
 satione lacrimatur, admonet, ut si quid peccassent, confiterentur. Illi perti-
 naciter negant, plus reformidantes ultionem heris sui, quam iram Dei. Admo-
 net & vir Dei illis crucem suam, & jam propè deficientes febri liberat. Tum ve-
 ro compuncti corde, confitentur facinus suum. Cœpit autem & vir sanctus cele-
 bris haberi in Baioaria: sed non ferens hominum laudes ac favores, lacrymante
 hospite & eius coniuge inde recessit, cum prius & illis & domui illorum bene pre-
 catus esset, & salutaribus eos adhortationibus imbuiisset.

Nota genus furti
eius scopum.

Ex Boica profectus Moguntiam in itinere cœdis reum ex ho-
 stiū manibus signo cœlesti eripuit. Inde ad Vbios; à quib. Machliniā,
 Malbodium, Cameracum, Tornacum petijit; ac demum vbiq; per
 omnem viam impressis miraculorum vestigijs Gandaui ad S. Ba-
 uonis cœnobium admisitus, ibi peregrinationem finiit. Cum
 enim soli patrij repetendi consilium cepisset, cœlestis pater ad patri-
 am illam
 O

am illam germanam omnibus diuinis leges secutis ab omni æternitate destinatam inuitauit. Multa & præclara opera narrat auctoritatem, quæ in profligandis corporum morbis, pacandis dissidentium odijs, compescendis furentium flamarum incendijs, proscribenda sæuissima pestilitatis lue designauit: qua tamen ipse lue demum veluti victima pro gente correptus concidit. Cælestis ductor generis humani sæpe Boiorum populo peregrinam huiusmodi virtutem mittat: inueniet semper apud quos diuertat.



B. m. R. I.

B. ^{mem.} RICHARDIS

SEV. RICHARDA, VDALRICI DYNASTÆ
EBERSPERGENSIS CONIVNX.

Richardis, quam & Richardam appellant, Marquardi Carantanorum principis, qui marchio prius fuerat Carinthiæ & Stiria filia, Marquardi, qui Vdalrici filiam Hademundam duxit coniugem, Ioror, Adalberti neptis, nupsit Vdalrico Eberspergenſi dynastæ, de quo mox infra copiosius. Fæmina si quæ fuit, religiosissima & numeris omniūque Diuorum studiosissima cultrix, omnem vitam in pauperum subsidijs, votis, & precibus, ædium sacrarum oīnatū, cœnobiorum auctu, religiosorum veneratione consumſit. Cū ita ad sexagesimum annum virtus eius adoleuſſet, jam matura cælo ex Inchouensi caſtro, vbi cum marito degebat, cœlesti impulsu Eberspergam proficiscitur, obnixè virum precata, vti ſe ſocium itineris præberet, habere quæ illi apperiret. Quærenti quæ illa eſſent, rectius ibi cognitum respondit. Paucis poſt aduentum diebus, dum in æſtiuo ſolario ſola & vnicā meditabunda reſideret, ecce tibi repente ante oculos virgo cultu nitidissimo refulgens & forma humana auguſtiorē adiſtat, quæ Richardam affata, Quid eſt, inquit, dilecta? quas hic anxia, & præter morem tuum ab omni familiæ tua ſocietate ſeiuncta curas ſub pectore verſas & coquis? ego te ſolatum adueni, breui mecum meliore loco futuram. Proinde mox ad ſuperos itura aditer te accinge, vti ſacris omnibus expiata ope- rum laborūmque tuorum & cultus in me natūmque meum & DD. Sebaſtianum & Benedictum, miserōſque mortales, pupillos, viduas, afflictos ægrōſque præmia cum æterna felicitate recipias. Tum oculis subducta cœleſtis virgo, quam Dei matrem creditit Richardis, euanuit. Quo ſpectaculo paſta inuifitato gaudio per mulceri coepit, viſumque familiaribus ancillis duabus & presbytero conſcientiæ moderatori retulit, ostenditq; non procul ſe ab ultima vita meta abeffe. Nec ſanè diu morata, intra paucos dies morbo, tentata decubuit, oblitaque ſui, memor inopum cum Vdalrico viro egit, vt à morte ſua miſeris annua ſportula in omnem poſteritatem diuideretur. Ergo ſex modij farris in uſum panum quo- tannis cedunt, qui ad rhombi ferè modum fiunt, cæditur & porcus

O 2

& ouorum

Spigwocken.

CIO XII. 5.
IX. Cal. Mat. 5.
Ex membr. M. 55.
Eberspergenſis
Arenbicky Chron.
Fundat. mon p. 47.
Idem Chron. p. 99.
ib. 3.
Hund. metr. p. 207.
Stemm. 140.
Hieron. Meglseri. t.
i. p. 736. & p. 610.
Wolf. Laſua lib. 7.
de migr. gent. p. 325.

& ouorum magnus numerus elixatur; hodiéque post tot secula ad
eam sportulam accipiendam plus minus mille quingenti ex ultima
sorte hominum ad D. Georgij concurrent, singulisque cereale cru-
stulum, cum ovo aut larido seu suilla tribuitur. Hæc stipis beni-
gnitas miseris ex agro Eberspergensi assignata est. Hæc testamenti
tabulæ fuerunt inclitæ matronæ, quibus heredes Christi scripsit Ri-
chardis: quæ deinde ante d. ix. Calend. Maias post Christū nat.
cro. xiiii. ad beatorum societatē euocata eternam posteris suæ pie-
tatis & religionis memoriam reliquit. Corpus in D. Sebastiani
medium ædem illatum, publico post mausoleo cum viro
cultum est, quod hodiéque non igno-
bile spectatur.



B. AVRE.

B. AVRELIA VIRGO.



Regia Celsarum soboles, Aurelia virgo,
Virgo Gloriorum gloria prima soli,
Quae fastus, fascesq; omnes atq; omnia regum
Nomina cum titulis credidit eis nibil;

Et procul à patria cunctis ignota recepit,
Ut recta superim tendoret ad patriam.
Sidera subducit sol, nox subducta reducit,
Via latet Divum, post pia fata patet.

B. AVRE-

Q 3

DE SE CONCEPTIONE ALGORITHMA

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

3

B. AVRELIA

VIRGO.

AVRELIA Hugone Francorum rege cognomento Capeto nata, fratrem Germanum habuit S. Robertum qui patri in regno successit. Lutetiae Parisiorum cælesti baptismatis fonte lustrata, doctrinâque Christiana probè imbuta mox futuræ sanctitatis argumenta dedit, cum se identidem armis non Galeæ, thoracis, aut clypei hastæque, sed victoris inferorum signo præmunitet, quo hostis aeterni insidias ubique virginitati positas eluderet. Sodalium lasciuiorum usum victimumque diligenter declinauit. Vbi parentibus viro matuра visa Eluuiano juuentutis Lutetianæ facile principi in connubij fidem deuota est. Erat Aurelia formâ rara & intuidenda, sed adeò pudica sanctaque, ut ab omni societate viri vehementer abhorret. Postea ergo quam sensit id agi, vt vel inuita marito jungetur, jämque nuptiarum solennia maximo apparatu fieri; fugæ consilium cepit, rata tutiorem foris in exilio virginitatem fore, quam domi inter familiarem & lasciuam juuentutem, præsertim si humili neglectoque cultu tegeretur. Desertis igitur parentibus patria, bonis, spe etiam regni proiecta, peregrino amictu venit Reginoburgum caput olim Boiorum, quæ hodie est Ratispona Imperij ciuitas, ibique ad S. Ramuoldum præsidem ad S. Emmerammi venit, cuius memorias volumine primo descriptimus, stipemque ritu pauperis rogauit. Ramuoldus, vt erat vir eximiè sanctus, suggestente mox cælesti spiritu didicit, quæ virgo, quibus natalibus, quantâque stirpe oriunda esset, quantas fortunas, quantâsque regni spes & thalamos, virtutis causa fastidijsset, tanquam filiam ex senatam suscepit, & in sacrario procul ab hominum strepitu extra pomerium, quod S. Andreæ nomini postea dedicatum est, volentem lubentem conclusit, ubi duos & quinquaginta annos in summa vita innocentia integritate & religione per voluntariam famem & sitim crebrâsque vigilias & preces, traduxit, haud ignara summatam vitæ brigem, præmia laborum sempiterna. Ad quæ capienda post Christum nat. anno c. 10xxvii. Id Octobr. à cælesti munerario euocata est, corpûsque coenobio S. Emmerammi illatum in peristylio hodie altius è terra extans cum hac epigraphe visitur.

O 4

Hic

OMYAH .

c. 10xxvii.
Ex mon. S. Emme-
rammi.
Wolff. Scel. alys.

Hic pia florescit Aurelia Virgo sepulta,
Quae pœnas nescit, cœli dulcedine fulta.

Instaurantur quotannis illi funebria sacra apud sanctum Emmerammum jam ab annis quingentis octoginta nouem nunquam intermissa, uti testatur VVolfg. Selenderus ex religioso eiusdem cœnobij contubernio, antistes asceterij S. VVenceslai in coniio Bohemiæ & Silesiæ. In fastis sanctorum Romanis, Et apud Molanum Aurelia Virgo Argentinæ celebratur eodem die; eadem an diuersa, non constat. Illud extreum moneo ne te Selenderi dubitatio perturbet, cippum B. Aureliæ inferiorem (nam duplex marmor illius tumulum ornat, inferius paumento æquale; & altius alterum quatuor pilis impositum) qui in plano est, aliam habere epigraphen, arreptumque videri ex antiquo Romanorum ossario (vt hodiéque passim adhuc monumenta in colonijs antiquis spectantur) & ossibus nostræ Aureliæ impositum. Sed quod animum confundere possit, inscriptio est quoque Aureliæ, sed paganæ cuiusdam non Christianæ Aureliæ. Est enim eiusmodi (quanquam non nihil scriptores varient) vt Appianus descripsit:

I. O. M.

Et perpetuæ securitati & memoriae dulcissimæ Aurelia.

Matri Aureliæ P.

Ael. Iuianus coniugi incomparabili.

Alij legunt.

D. & perpetuæ securitati & memoriae dulcissimæ Aurelia M. Aurelia
P. Ael. Iuianus coniugi incomparabili.

Selender:

Me: perpetuæ securitati & memoriae dulcissimæ Aurelia M. & Aurelia
P. Ael. Iuianus coniugi incomparabili.

Sed fatetur quedam euanida clementa cognosci non posuisse, quæcumque est & cuiuscumque alterius inscriptio Aureliæ in lato inferiori nihil ad nostram Aureliæ Virginem, nisi quod cippus ex ruderibus antiquis acceptus, virginis tumulo inferiori sit impositus fors tulit, vt etiam Aureliarum nomen lapis ille præferret, quod quidem seu primis funeraliis nostræ Aureliæ curatoribus, seu alijs caendum erat.

B. HAYMO

B. HAYMO

EX NOBILI BAVARO EPISCOPVS
VERDVNENSIS.

Hic octauus & trigesimus Pontifex Virdunensis
creatus, anno post Christum natum nongentesimo
altero & nonagesimo (sic enim apud Bucherium est
numerus restituendus, ubi mendosè legitur nogen-
tesimo secundo) domo Bauarus, satu nobilis, fama
sanctitatis & eruditione clarus, ad Henrici S. Boiorum principis,
dein imperatoris, palatium euocatus exemplo suo etiam imperato-
rem ad insignem sanctitatis laudem & famam traduxit. Tanti est
integrum numinis cultorem & morum formatorem assidue ante
oculos spectare, cuius vita pro lege sit. Est hic per insidias intef-
fectus, cum ex Moguntino conuentu ab Henrico Cæsare domum
reuerteretur, ut Ditmarus est auctor. Describam, inquit, quoq; vnum
facinus eorum, quod in Adra lugubriter peregerunt. Rex autem habuit concili-
um in Moguntia ciuitate, & hitunc interfuerere: & cum omnia ibidem secundum
sumet placitum respondere non potuissent, reuersi sunt irati, pace tamen ad
tempus facta. & cum eos sequerentur, nil malisperantes Heymo VVirdensis Epi-
scopus & dux Thiedricus latentes insidias improviso irritant & paucis effugientibus,
cum Episcopis interfecti sunt innumerabiles viri. Dux ille nimis vulnera-
tus, & quia amicus eorum fuit, captus abducitur, & multos dies custoditur.
Vixit in pontificatu suo annos sex & tringita, Berthardo presbyte-
rio teste, ex quo & hæc excerpta ad me transmissa subscribo. Ec-
clesia vero Virdunensis tantis prælibatis pastoribus viduata, pastorem a quo
benigne nutrienda & diligenda esset, tum genere tum moribus nobilissimum Hey-
monem, de quo paulò ante diximus, meruit a theutonica, qui loco sibi commisso
non parum profuit, cum Ecclesiam per breuem magna ex parte ampliauerit,
decorauerit, extulerit, cum præbenda fratrum Superiacum & alia plura da-
ta, ut præstaria adquierit, cum etiam sua & successorum suorum mensa ab
Henrico pacifico rege fideliter obsequendo strenueque se habendo Iupilam impe-
trate addiderit. O quanta viri huius erga Ecclesiæ sollicitudo, cum Ecclesi-
am beati Ioannis mutauerit, mutatam ampliauerit, ampliatam Mauro præfuli
sanctissimo consecrauerit, cum sanctimonialium congregationem ibidem ordina-
uerit, & congregatiōne necessaria ex rebus maioris Ecclesiæ prouiderit. dilgebat
Ecclesiæ, diligebant & sui, operibus pijs instabat, instabant & sui, nam
eius

C12. XXVII. xl.

Calend. May.

Ditm. l. 6. r. 72.

ubi Heimonem ap-

pellat VVirdensem

Episc.

Agid. Bucherius

se Episc. Tungren.

Richard. Waffelbur-

gum Archidac.

Virdun.

Georg. Fabric. Orig.

Sax. l. 2. p. 270. ap-

pellat Haymonem

Virdunensem Episc.

Bertharium i. res. M.

S. in vita Episcopo-

rum Virdun.

Ex litteris Francisci

Thouenini.

eius exemplo eiusque desiderio amicus Præpositus Ecclesiam sanctæ crucis adificauit, Canonicos xii, locauit, quibus necessaria ex prædijs suis, & ex aliunde acquisitus prouidit. ad ultimum petitione Episcopi locum illum sancto Mauro subdere non recusauit. Dudo etiam Præpositus apud castellum des Lünarh Ecclesiam in honore S. Laurentij constituit, canonicos ordinauit, ordinatis necessaria dispositi, magnisque operibus cum summo labore & miro decoro, castrum illud ad effectum usque perduxit. Posthac à Pio Pontifice paternè exceptus est, aliunde adueniens pater Ermenfridus & benignè retentus adiutusque adificauit Ecclesiam S. Mariae Magdalena, Canonicique ordinatis, cum summo laboris ardore necessaria prouidit: utpote qui patrimonij carebat, regibus obsequendo, principibus adhærendo, omnibus se submittendo, & cum mira sollicitudine Deum precipue inuocando multa adquisiuit. Huic plus contulit vita, quam pecunia; plus pia apud Deum & homines deuotio, quam aliqua possesto; plus profuit meritum, quam prodeesse potuisset aliquod patrimonium.

Epigraphen sepulchri hanc Franciscus Thoueninus ad me misit: *Hic iacet Haymo Episcopus & Comes Verdunensis, qui moniales huic monasterij instituit sub regula S. Benedicti & hoc tumulo conditus fuit xxi. Aprilis anno 1027. qui tumulus apertus fuit concessu reverendi Episcopi Tullenfi, administratoris huius Episcopatus, ad preces venerabilis domina Vrfulæ a S. Astero abbatisse huius loci decimo Aprilis 1612. in eoque inuenta sunt ossa dicti Haymonis, casula pontificalia, calix, patena argentea, & cimelia aurea una cum lamina plumbea alia complectente.*

Cum audis Comitem fuisse Verdunensem, noli existimare natum esse Verduni, sed quod sedes pontificalia Verdunensis coniunctam habeat dynastiam Verdunensem, sicut Virtzburgensis dicitur dux Franconiae: sic Leodiensis antistes dux Westphalia.

Angariæ, Bullonij, Marchio, Franchi, montanus.
Comes Lessensis, Longiensis,
Horniensis.



B. ^{mem.} VDAL.

B.^{mem.} VDALRICVS

EBERSGENSIS DYNASTA.

VDALRICUS ex regio Carolomanni regis Boiorum & Italiae sanguine descendit. Sighardus enim caput familiæ seu nepos seu pronepos Carolomanni creditur, hunc certè Arnulfus Imperator dilectum suum propinquum appellat, de quo Auentinus ita: Quando quidem autem de Eberßperga tempus admonuit, ut res postulat, rem paulo altius, quo magis illustris fiat repetam. In confinio Vindelicæ primæ secundæque inter Isaram & Oenum Senones sunt, à vico & precipue flumino eiusdem cognominata dicti: hic infra Mosburgium cum Isara confunditur. Atque hic Vindelicorum pagus, apud veteres clarissimus paruit dynastis, quos ex nobilissimo Carolomanni Boiorum Italiæque regis sanguine procreatos fuisse reperio. Hi in inferiore Boiaria ad Lauarum annem Peffenhausen vicum, & millia passuum decem infra patriam meam Abusinam, Langkvvaid, & his proximam silvam Schiuerbuech dictam, & Schiuerbach: in superiori, Geisenfeld & Vallatum: Orientali Boiaria Bosenburg, ibisum, & pleraque alia prædia & castella, quæ recensere nihil est operæ precium, possedere. Sighardus (quem Imperator Arnulphus Cæsar augustus dilectum suum propinquum appellat) pergit in bello Vngarico, sub Ludouico rege Boiorum, filio Arnulphi augusti, anno æra nostræ 10. CCC. VII. Eberßperg castellum condidit, cum uxore Gothina Fruxini humatus est. Succedit filius horum Ratholdus ab Arnulpho regulo Boiorum, Charionum limiti præfectus, migravit ex hac vita altero atque tricesimo post fatu parentis anno: ipse & uxore eius Angilmunda sepulti sunt Salisburgi in templo D. Amandi. Excipit siboles Eberhardus & Adalbero primi: bello Vngarico, ab orbe seruato, anno 10. CCC. LV. interfuerunt, soror eorum Vilbyrga: templo D. Sebastiano in arce Eberßperg construxerunt anno salutis 10. CCC. LXX. ipsi in paucis post diebus vita functi sunt. Eberhardus absque liberis nempto celebs decepit: Adalbero ex Luitgarde Adalberonem Vdalcalcum, & Vlricum tulit, quem D. Ulricus Augustæ Episcopus aqua lustrica expiavit, ipse que suum nomen fecit. Ambo parentes Ulrici Fruxini conditi esse peribentur. Ulricus uxorem duxit Richardim, sororem Marichardi Charini, cui Hadmundam sororem suam vicissim nuptum dedit. Illique procrearunt Eberhardū & Adalberonem secundos: Augustinianis flaminibus collegium Eberßpergy instituere. Richardis obiit anno Christi 10. XIII. maritus 10. XIX. sepulti in Eberßperg. Eberhardus connubio sibi junxit Adelhaidim in Saxonia ortam: hi Geisenfeld contubernium sacrarum feminarum dicauere

10. XXIX.
V. Idem Maias.
Idem qui supra scri-
ptores in Richarde.

Lib. 5. p. 330.
Ingolst. edit.

anno

anno à Christo nato CIOXXXVII. Gerpyrgam Virginum maximam ceperunt, condoanuere huic templo Langkuaid, Vallatum, Suerbach. Adalberonu^s coniunx fuit Richildis ex superiori Boaria oriunda, soror VVelphonii tertij, ducis Charionum, filia secundi. Quod liberti h[ab]i quoque carerent, Eberspergen a. dem D. Benedicti commutarunt, tradideréque Monachis inter alia Paffenhausen, in Austria Bosenburg, ibijum; h[ab]ec quod longius sita forent duci Austriae longo post tempore circiter a[re] nostra annum CIOCLXXX. tribuuntur, propinquiora prædia Conradus p[ro]f[es]s[u]l recepit. Imperator Hainricus III. Casar, & rex Boiorum author fit d[omi]nique diploma Reginoburgi Calend. Ianuar. anno Christi CIOXL. Huius quoque Adalberonis opera Beurn templum locupletissimum ab Vgris exustum ad radices alpium in superiori Vindelicia conditum, cuius curator extitit, Monachis, sacrisque Benedictinis (reiectis Augustalibus flaminibus) redditum est. Atque idem Hainricus rex Boiorum Helengerionem presulem Tigurinum & duodecim Monachos Tigurinos eo transluit. Obire isti coniuges eodem anno, nempe CIOXLV. is VI. Calend. April. ipsa p[ro]f[es]s[u]l. id. Iunij, in hisceque defecit familia horum tetrarcharum nobilissima. H[ab]ec ex fastis & diplomatis Eberspergensium Boiorumque accepta ex fide referto; ibidem huiuscenodi publica instrumenta Caesarum Pontificumque seruantur.

Vera h[ab]ec & ordine, de origine regulorum Eberspergensium & propagatione, déque eorundem occasu. Sed his vana quædam & falsa è suo aspersit Auentinus, quæ tres Chronographi peruetusti Eberspergensés, quos curiosius inspectos oportuit, refellunt. Do-

lib. 4. p. 480. 481. M. S. 180.
Libr. 3. pr. pag. 99.

cet Auentinus Sighardum anno post C. N. 10. cccc. vii. bello Pannonico, quod Ludouicus Arnulphi Imperatoris f. infeliciter gesit, ab Vgris occisum, cum tamen supra cum cæsos Boiorum ductores recenset, Sighardum prætereat. Annales Eberspergenses cum A-

Le*x*ius quinto mor-
tuum affirmat.

renbekio testantur sexto post nongentesimum obijisse. Bellum Pannonicum, quo vietus est Ludouicus, ab Sigeberto in IV. ab Hermanno in V. III. (non in ipsum nongentesimum, vt nonnulli contendunt, nam illo quidem anno etiam pugna commissa est, sed non cum illa tam nobili clade) refertur. In supplemento Reginis annus cladis etiam octauus, vt & à Mariano Scoto signatur: Baroniūs quintum notauit. adeo alij quartum, alij quintum, alij septimum, alij octauum tradiderunt. Sigebertus anno VI. supra nongentesimum: domi s[ecundu]m defunctus Fruxini cum Gotina coniuge sua condutus. Nec in Ratholdi fatali die justum annum Auentinus attigit, cum scripsit illum altero & tricesimo post Sighardum deceisisse, qui incidunt in nonum & tricesimum post nongentesimum, cum non nisi post tredecim annos patrem secutus sit, qui fuit 10. cccc. xix. Errauit & in hoc Auentinus, quod anno 10. cccc. lxx. ab Eberardo & Adal-

& Adalberone cum VVilliburga d. Sebastiano templum conditum aiat, cum id nec ab his tribus conditum sit, sed ab solo Eberhardo positum cœnobium, nec anno 10. cccc. xxix. vel 10. cccc. xxxiv. sed ab solo Eberhardo dotatum, finitumq; vii antiquissimæ membranæ docent. Consecratum demum anno 10. cccc. lxx. opera Vdalrici filij Adalberonis Falsò quoq; scripsit Auentinus Euerardum anno 10. cccc. lxxi. Adalberonem año in sequenti extinctum, cum Adalbero cū sorore VVillibirga & conjuge sua 10. cccc. lxix. Eberhardus verò decennio ante mortē obierit. Sed nec in una quidem pagina vel modum vel finem facit errandi Auentinus ratus exæui sui ruditate neminem ex posteris secuturum, qui negligentia errantis posset deprehendere. Refert anno 10. cccc. xc. ab Vdalrico & Richarde conjugibus, Aurelianis sodalibus contubernium conditum, cū id, vt supra docui ab tribus Ratholdi libertis año 10. cccc. xxii. inchoatum sit 10. cccc. x x v. perfectum, dotatum autem ab solo Euerardo. Nec verū ab Vdalrico s. Augustini religiosis illud initiatū, quando Vdalricus Augustinianis bona venia dimissis cœnobium s. Benedicto & eius sectatoribus transdidit, cūm illi sedem annos quinq; & quinquaginta ab Eberhardo introducti tenuisset. Unde refutatur & illud, quod hanc Benedictinæ familiæ permutationē in Adalberonē filium Vdalrici transtulit. quanquā Adalbero & Richladiis anno c. 10. xxxvii. everso castro jā in uno cœnobiū à fundamentis instaurarint, & in ampliore formā & spaciū excitatint, & iursum s. Benedicto dedicarint. Nec Vdalrico quidē annum mortis justum assignauit, cum illum decimo nono supra millesimū eviuis abiisse existimauit, cum ille deceñi post decesserit. Nec Richladii vxoris Adalberonis II. justos parētes nominauit Auentinus, qui VVelphonis II. filiā scripsit, adeōq; sororē tertij VVelphonis, cū Rudolpho Suevorū duce procreata sit, & soror VVelphonis II. fuerit.

Hoc genus sphalmata tam multatā paucis versibus Auentinus, seculi sui inscritia abusus, comisit, ex quibus lector facile coget, qua diligentia in toto historia sit versatus. Nos ad Vdalricum ab diuerticulo redeamus, cui mira quædam in ipsa pueritia parentum culpa, quā d. Sebastianus emendauit, cuenere. Erant Adalberoni parenti Vdaltri liberi omnino duodecim, omnes liberali forma & optima corporis constitutione, virilis stirpis octo, quatuor virginis, ipse Adalbero post fata Euerhardi fratris omnium paternorum bonoru, cū VVillibirga sorore ex asse hæres est factus. Euerhardus frater Adalberonis nobilissimus & religiosissim⁹ dynasta cœnobio destinat Ahaim nobile prædium, quod ab Othono imperatore in virtutis bellicæ præmium, cum octo jugeris accepérat, sed moriturus metuebat,

tuebat, ne Adalbero frater, quo cum ante consilium comunicaret, votum hoc præpediret. Itaq; accersitum rogare institerat, ut cœnobio destinatum prædium in perpetuum vsum attribueret. Sed Adalbero haud ignarus quamobrē à fratre arcesseretur, tā diu cunctatus est, quoad Eberhardus animā ageret, ne interclusa jā voce posset germano exponere, quæ cupiebat. Voti cōscia erat V Villibirga, utriusq; foror, religiosissima virgo, quæ dudum in preces Euerhardi consenserat. Sed Adalbero defuncto fratre, cœcus avaritia, quod multā solē aleret, quæ illi potior erat religione, prædium in suū vsum conuertit, quē tamen mox cœlestis vindicta prosecuta docuit, nemine vñquā ex bonis Deo diuisq; & religiosis aedibus dedicatis creuisse, comodūm uel illū percepisse. Primum quippe ex duodecim hæredibus illi geminos filios in primis nobiles & formosos, mox trigeminas quoq; virgines morte subtraxit. Sed cum necdū saperet, amōrū possessionū & auri studium mentē resipiscere nō sineret, progreſsu ad ulteriorē pœnā numen, Vdalricum id temporis septennē præter propter, puerum delicias vnicas Adalberonis patris, quod & innocentia pueri ex oculis & vultu promicaret, & habitu oris esset tenerimo & flore corporis gratiāq; formæ omnes præfertim parentes ad suiamorē prolectaret. Hunc inquam Vdalricum, quē D. Vdalricus sanctissimus Vindelicorū antistes vel sacro fonte tinixerat, vel certè inde leuarat, coepit Deus variis morborū generibus tentare. Ille sensim contabescere, adeoq; à priore pulchritudine & gratia degenerare, ut nō hominē amplius sed monstrum hominis referre videtur. Quæ res adeo patrē afflxit, ut quoties puerum respiceret, ipse in ruborem daretur: & si quis hospitū aduentaret, Vdalricum e conspectu hominū procul amoueri & in secretū conclave detrudi abdiq; juberet. Sed necdū quidē videbat cœcus pater, quid causę esset quā obrem ita cum ipse, tum iñoxia ætas pueri affligeretur, quoad foror V Villibirga fratré verbis acribus aggressa. Quid, inquit, hoc est rei, frater, tui te miseret filij; tui ipsius te nec miseret nec pudet? quousq; tandem te ipsum non respicies & resipiscas? an expectas donec et cœlum fulmine elidat, aut ima tellus dehiscens te viuentem videntemq; hauriat? Prædium Ahaim téq; mēq; conscijs Euerhardus ger manus noster sacræ ædi & cœnobio addixit, ut inde oleum æternis ignibus sufficeret, sacri thuris odores aris incenderentur, viniq; latex religiosis propinaretur. Tu hęc omnia quibus jā religiosa domus fruebatur, per foedam avaritiā & turpissimas fordes tuas subtraxisti, atque in profanum vsum conuertisti. Subtraxit tibi vindex numen, in pœnam, quinque liberos, non sensisti; sextum omnium pulcherum

rimum & tenerimum in prodigium & portentum deformauit. Non aduertisti. Pertuum sanguinem Deus saeuit, vt te sanaret; innocentes rapuit, vt te tibi restitueret; pulcherimi filiorum formam corruptit, vt corruptum auaritia animum tuum ad suum splendorem reuocaret. Non vides, adeoque sentis irati Numinis vindictam? nonnemox sortem & usuram solues? ignoras male parta male dilabi? quid moraris infelix? an nondum etiam ad mentem redis? resipisce miser tandem, resipisce, antequam te grauius e caelo fulmen sternat, & stratum ad ima tartara detrudat. Capesse consiliū, quod tibi bona mens per me sororē fratri fidum, non importunū dicitur. Nunquā prouidentia Numinis puerū tot malis conflictari permisit, nisi te reum, per illum innocentē voluisset ad mentem & officium reuocare. Quotquot enim ab Vdalrico Augustano pontifice sanctissimo vel vnda cœlesti abluti sunt, vel quacunq; fausta imprecatione impertiti, nunquam grauiore casu tentati sunt, imò verò saepius à grauissimis malis recreati, quod experta testor, cum ego eundem antistitem apud D. Gallum Heluetiorum vbi à paruulo educabatur adhuc puerum conuenisse, obnixēque rogassem, vti mihi jam edentulæ & amitæ acutissimis capititis doloribus grauissimè vexatae suis votis succurreret, vti plena bonæ spei in Boiariam reditem, subridens præcepit, voti compotē futuram. cum ecce dum viam, qua venerā remetior, & omnem capititis morbum profligatum gaudeo, & inermes malas, tanquā infantulæ præter naturæ modum dentire rursū & renasci sentio. Saluus ergo & filius tuus fuisset semper, nisi tua culpa malum illi creasset. Proinde redhibe quæ sacræ D. Benedicti ædi subduxisti, & nobile prædium Athaimianum aut ipsum restitue, aut pari precio redime, filiumque D. Sebastiani aris, quæ sacræ capititis exuuiæ seruantur, cum anathemate votōque infer, & planissimè intelliges, vnde tot funera liberorum & Vdalrici tabes ac deformitas, vbi fuerit juratus, extiterint, damnataque improbitate tua filij recipies sanitatem. Admisit Adalbero tam salubre sororis consilium, & facti propè sero poenitens, omnem tamen spem in numinis clementia reposuit, fordes animi per confessionem expiauit, & prædium Athaimianum Teiginga duobusque fundis Huntibachensibus permutauit. Puerum ipse suis manibus gestans summo altari, quo D. Sebastiani calua condita erat, plenus jam spei & fiduciæ imponit, trigintaque aureis redemit, sponsione facta curaturum se si sibi filius restitueretur, vt nomini eius, ipsi inquam D. Sebastiano tota ædes iniciaretur, & totidem

aurei dum ipse superstes esset, quotannis offerrentur eaque religio in omnem posteritatem transmitteretur. Non surda fuere preces Adalberonis, Vdalricus mox coepit conualescere: rediit vigor in corpus, forma melior etiam primam honestauit vultum, purpura florentes depinxit genas, vires auxere, fama prodigijs mox in omnem viciniam sparsa passim alios atque alios ad D. Sebastiani cultum excituit, primumque fuit hoc inter Sebastiani opera, quibus celebritatem meruit, quae postea ad eam frequentiam & magnitudinem excreuit, ut defierit nunquam, hodieque ita viget, ut multi saepe sacerdotes confluentum peregrinorum & peccatorum sarcinas ponere volentium pietati non possint satisfacere, quamuis noctes etiam diebus jungant. Atque haec Vdalrico puero ysu venere, cui quindecenni fere sed jam bene firmo & nobilissimo adolescenti, raptis omnibus liberis, usque ad Vdalricum Adalberonem, Vdaliscalcum & Hademundam, castrum Ebersbergense commisit.

Anno 10. cccc. LIX. ipsis Calend. Ianuar. VVillibirga virgo nobilissima, amita Vdalrici ad aeternos sponsi sui thalamos euocata est. Hanc fecutus eodem anno IIII. Idus Septembr. Adalberonum Leukarde conjugé, quae ante d. i v. Calend. Nouemb. decepit. Omnium corpora Frisingam in aedem D. Virginis delata & sacris piacularibus ritu solenni factis animæ Deo, corpora terra commendata. Pro omnium salute Vdalricus pagum Reisen partim cœnobio, partim Frisingensi aedi præter duos nobiles fundos assigauit.

Vdalricus ubi parentes eluxit anno 10. cccc. LXX, cum octauum decimum circiter ageret annum Marquardi Carantanorum regulifiliam Richardum in thori sociam ex lege sociauit, vicissimque eiusdem filio Marquardo Hademundam sororem suam nuptum tradidit. Sed hic scrupulus mihi non exiguis obicitur, cum scriptores Carinthiacos ac Austriacos cum nostris compono. De Richarde enim omnibus conuenit Marquardi Carinthiorum dynastæ seu marchionis filiam fuisse, eamque Vdalrico Ebersbergensi nuptam: sed temporum ratio vehementer his nuptis repugnat. Nam pater Richardis anno c. 10. LXXXIII. Carantanorum Dux creatus est ab Henrico IV. Augusto, cum Richardis filia coniunx Vdalrici ante sexaginta prius annos mortua in membranis Ebersbergensibus tradatur, anno inquam, c. 10. XI. cum sexagesimum jam excessisset, adeò ut patrem c. 10. LXXXIII. jam centum & triginta quatuor annorum fuisse oporteat, cum dux Carinthiae est factus, quibus si quadriennium addas, quo superuixit

*Hieron. Magister.
Wolff. loc. sepe
laudat.*

peruixit, perueniet ad centesimum trigesimum octauum, quod il-
lis etiam seculis prodigijs loco est, nec veri quoquo modo simile.
Nec Vdalricus Richardis maritus Henricum non dico quartum,
sed nec tertium viuendo attigit, nono & vigesimo supra millesi-
mum defunctus: quamuis Auentinus decennio prius tradat extin-
ctum, quinto decimo post millesimum: Lazius quadriennio ante
Auentini annos.

Hunc vt mihi & lectori scrupulum eximā, conjecturā sed pro-
pē certā vtar; non hunc Marquardum Carinthiæ Duce ab Hen-
rico I V. creatum ab historiographis vetustioribus accipi, sed ex ea-
dem familia priorem aliquem, qui sub Othonibus vixerit: Lazio
& Megiferum procul vero exerrasse, qui proximum & propinquum
Henrico I V. acceperint. Alterum est, Ab Lazio illud de VVilli-
birga amita Vdalrici miraculum referri non ad S. Vdalricum, sed ad
ipsum Vdalricum Eberspergensem, hunc, inquam, quo de hic di-
sputamus. quem ait apud S. Gallum à puerō eductum, quod ad S.
Vdalricum erat referendum. vt manifestarius sit error Lazij. Quod
& ex membranis Eberspergensib. vetustioribus & Arenbekio exerte
constat. Sic enim iste: *Amita eius (Vdalrici) non Diui, sed Adalbe-
ronis filij, VVilliburgis atate plena, soror Adalperonis sic ait, Indubitanter no-
stris exigentibus peccatis ipse puerulus soſpitate est priuatus, cum omnes ab infula-
to Vdalrico aliqua benedictione sacra gaudeant integro ſenſu & corporis ſanita-
te. Nam & ut de ceteris suis Vdalrici Eberspergensis fratribus taceam, cum
egocum adhuc adolescentulum S. Vdalricum in monasterio S. Galli ubi nu-
tritus eſt, viſitans orarem, & ut mihi edentule amitæ ſua & ex parte carente den-
tibus miſereretur, que ſenio affecta nimio dolore dentium & capitis intolerabili-
ter egom iſera perurgebar. Ille aliqua velut jocularia verba adhac reſpon-
dens ait: Tandem ad tuam remeare debes patriam, ſciens, quod tua petiſio felic-
em efficaciam aſsequetur. Iuxta cuius dicta mihi repatrianti de Suevia in Ba-
variam dentes mihi contra naturam veterane ſuccreſcent, & maior quam an-
te capitiſ mei ſanitas abinde perſeueraſt. Unde ſcio quod epifcopale baptiſma,*
*non paruam conſerret ei proſperitatē, ſi delictorum noſtrorum enormitas non
obſtaret. Discrepat Arenbekius etiam in priore narratione à mem-
branis. Mihi prorsus certum eſt S. Vdalricum puerum apud S. Gal-
lum fuſſe educatum. Vdalricum Eberspergensem nuſquam legi*
*(niſi in hac narratione, malè fortasse pertexta) apud S. Gallum fuſſe: amitæ tamen nomen, quod non niſi ad Vdalricum Eberspergen-
ſem pertinet, rem dubiam non immetitò facit. Nec enim VVilli-
burgis S. Vdalrici epifcopi amita fuit: Et diſertè amita ab Vdalrico
puero dicitur ſanitatem & nouos dentes impetrasse. De Vdalrico*

cap. 17. & 18. l. 1. porro, in Eberspergenibus chartis recentioribus, ista sequuntur, Vdalricus autem Comes Eberspergensum dynasta factus, in ipsis licet sua administrationis ini-
tis, haud immemor magni illius in seipso patrati a Deo per venerandas D. Se-
bastiani reliquias, ad aram templi summam, miraculi, ob idque facta a parente
suo voti cum soluendorum ad aram in annos singulos triginta aureorum, tum
D. Sebastianum constituendi primum post Deum ac D. Virginem totius templi
patronum, de hoc uno ac solo summe fuit solicitus, ut utrumque parentis vo-
tum quamprimum solueret. Verum ab Episcopis Fruxinensibus Lamber-
to & Abrahomo, huius loci Ordinariis nullis precibus obtinere potuit,
templum eiusque aras quinque, ut Deo ac Divis illius sacrarent. Quin
Episcopus annum circiter LXX. precibus Vdalrici defatigatus penitus,
impie abiurauit, hoc templum vel unquam a se consecratum iri:
causa fuit, quod Henricus II. Boiorum dux, Henrici I. Ottonis M. fa-
tris filius olimpius, postea rixosus appellatus, Ottoni II. primi filio Romanorum
regi patruelis suo rebellans, magnatum quorundam impiorum peruersorum
seductus moliri noua cepisset, jamque in suam sententiam attractis Abra-
hamo jam dicto praesule Fruxinensi Charinorumque praeside Conrado du-
ce cognato suo, nec non alijs pluribus solo Vdalrico Comite nostro illis refa-
gante & ab Ottonis partibus stante fideliter, regnum Romanum affectaret.
Quare Vdalrico offensissimi hi omnes vindictaque cupidissimi, eum pluribus
quidem prelijs attentarunt, & incuribus petierunt frequentius, iustitia tamen
praevalente semper, vincere nunquam potes fuerunt, quin vici ab eo abscede-
re, & fuga sibi consulere coacti fuerunt, vel opilione Christo tum quoque loci
huius & castri propugnatore fortissimo. Eo tamen dementiae Henricus Rixosus tandem deuenerat, ut se, stultissime licet, regem appellaret, adeoque
& predicto Episcopo Abrahamo Reginoburgi ad D. Emmerammi in regem
inungi ficeret. Quo tamen audaci facinore suo compulit Othonem, ut
is conuocato procerum consilio Henricum ipsum Rixosum ad se euoca-
tum una cum Abrahamo pontifice relegaret in exilium, hunc quidem
Corbiam. Corbiam, illum vero Ingelheimum. Qui tamen Ottone in edomandia
Cimbris occupato custodia elapsi & in Boarium reuersi contra Ottone se
communierunt. Verum enumero quod ad templum attinet eius consecra-
cap. 18. tionem quam abiurarat Abrahamus a se vel unquam futuram, is ab alio cam-
fieri ut concederet, Deo mirabiliter disponente, coactus fuit. Accidit enim
ut iis cum duce Henrico illo Rixoso ab Ottone proscripto, & pro hoste reipub. ju-
dicato, Boaria denuo exacti, fuga ad Charinos abierint. Unde Ottone
in Bohemia versante iterum in Boarium regressi cum essent, factum
est ut Fruxini ab Vdalrico Comite nostro uterque dux, Henricus Batau,
& Charinus Batauus opido obfessi & capti ab Augusto victore Augustam
Treviorum in exilium relegati, ibi in vinculis constricti tenerentur.
Quare

Quare Henricus Boiorum dux spem inter ac metum herens de exitu rei
solicitus, D. Materno Episcopo singulari patrono suo, supplex pro pre-
stanto sibi auxilio factus, per quietem sibi videre viis est eundem Mater-
num, sibi in hac ferè verba loquentem : Certo certius tibi Henrice, persuadeas
velim, tēque tuosque hisce haud prius vinculis solutum, periculisque exemptum
iri, quam Deo supplices voveritis, vos liberatos recta Eberspergam conce-
furos, ibique ad aram sancto Stephano protomartyri assignatam in qua
mearum quoque reliquiarum inclusæ continentur aliquæ particulae cli-
entes vos affuturos pijs cum munusculis, quodque caput est, cum Comite
Vdalrico pacem & amicitiam perennem inituros, & templi illius dedi-
cationem haud amplius impedituros. Quæ quidem D. Materni respon-
sa non vana fuisse, nec gratis dicta felicissimus illico probavit eventus. Ve-
to namque ab ei juxta prescriptum S. Materni facto, miraculose sane solu-
ti vinculis & custodia liberati, recta Eberspergam concesserunt, ubi post-
quam ad aram S. Stephanin genua prouoluti Deo ac D. Materno grates egis-
sent, votaque sua soluissent, Henricus Bois ad aram summam D. Sebastiano
magnam pecunia sumمام obtulit, & nouem eatenus mancipatos sibi famu-
los eidem condonauit. deinde cum Comite Vdalrico pacem & amicitiam per-
petuo duraturam micerunt. Cui Abrahamus insuper Episcopus liber-
rimam fecit potestatem undeunque vellet Episcopum euocandi, pro
templi consecratione facienda. Posthac Henricus uterque & Abra-
hamus antistes Oronem perimecentes, fugâ denuo ad Charinos facta sibi dicun-
tur consuluisse. Vdalricus igitur Comes voti tandem compos factus sui, ge-
siens lœtitia, sibi de tam diu desiderata & exoptata ab Abrahamo facta pote-
state gratulatus, primarios statim aliquos aula sue viros ablegat Salimbur-
gum ad reverendissimum, ut loquuntur, dominum Fridericum, eius tum loci
Archiepiscopum, obnixè flagitans, ut quam posset primum Eberspergam ve-
nire, concessaque Abrahami presulis Fruxinensis templum jam olim ab Euer-
hardo patruo suo Deo ac Diuæ Virginî ante annos XLVI. extactum, neccum
sacratum, licet duobus jam à Deo per D. Sebastianum atque Maternum E-
piscopum patratis miraculis collustratum Deo trino & tni, Virgini Dispare
& inter Diuorum reliquias, sancto imprimis Sebastiano sue cum vite, tum in-
columitatis unico post Deum auctori & restauratori, una cum ara & sa-
cello S. Stephani dedicare ne grauaretur: id quod Zelo domus Dei exuestuant,
veraque in Deum ac Diuos pietate flagrans antistes, eo quoque fecit luben-
tius, quo certius sibi jam dudum persuaserat, hanc basilicam jam ante mirè
gestis claram satis, licet profanam adhuc post consecrationem fore longè cla-
riorem & celebriorem. Quare XIIII. Cal. Febr. ab eodem archimystra Frideri-
co magna cum pompa & celebritate, & incredibili honorū omnium congratulatio-
ne facta est totius templi & aræ summae dedicatio in honorem sacro sanctæ Triadis

cen loci huius opilionis & S. Crucis Mariae Virginis Deiparæ, uti patronæ tutelaris, & D. Sebastiani martyris, tanquam valetudinis Vdalrici recuperatorum & omnium agrotorum auxiliatoris fideliissimi, ac præcipui inter reliquos diuorum & templi patroni & loci. Porro præcipui cuiusque altarium patroni, preter sanctam Trinitatem & D. Virginem sanctamque Crucem fuerunt summi quidem SS. Sebastianus Martyr, Martinus Episcopus & Confessor, Vitus, & Cyriacus presbyter martyres: alterius retro summum S. Ioannes Euangelista: tertius extra cancellos chori, in medio, Sola D. Virgo Maria: quarti ad eius dexteram, omnes sancti & sanctæ Dei: quinti ad similitram eiusdem D. Petrus Apostolorum princeps. Noui autem facelli & aræ illius S. Stephanus protomartyr, & D. Maternus Episcopus & Confessor. Quod autem præter predictorum patronorum etiam plurium aliorum sanctorum sacra reliquia singulis aris ab Episcopo inclusæ fuerint, certissimum quidem est, at quæ & quales incertum. Trius quam vero hæc aedes Deo ac Diuis jam dieis dedicarentur, Comes Vdalricus mox Christicolis solito, templo in dotem dedit viculum Routhartesbergam, nunc Hormansdorf dictum, cum manciplijs ac ceteris omnibus, ipsa donationi die, in quacunque utilitate propriæ ad eam pertinentibus. Eadem insuper templo ac monasterio idem Comes attribuit prædium Ottakerberg cum omnibus suis pertinentijs, hoc est agris, siluis, pascuis, pratis, hac lege, ut sine omni contradictione cederet statim in usum perpetuum religiosorum hic Deo ac Diuo Sebastiano ministram. Prædium item seu mansum etnum in viculo Seun, cum id genus pertinentijs e punctione lacus Seunensis. Duos insuper manjos pagi Holzhausen, ad VVirmse Lacum & dimidium mansi etius in Perchouen, quin etiam communionem punctionis, per totum illum lacum, eam solum parte excepta, que in particulari ad vicum Tulzingen erat determinata. Vota vero olim pro se ab Adalberone parente facta D. Sebastiano, de offerendis ad eius aram aureis triginta in annos singulos, is quoque dum vixit, soluit diligentissime. Sub finem vero vita id ipsum ut faceret diligenter suus natu maior filius Adalbero, quem diu superstes foret, eidem iniunxit serio, & ob eam rem illi castrum Eberspergense & dines illud prædium Ahaim assignauit, ut infra dicetur.

Porro circa hanc templi consecrationem dupliciter hallucinati sunt quoq; nostri chronographi. Trimum in causa abiurationis praefulsi Abraham: inde in anno dedicationis. Abrahamus enim Episcopus templum a se consecratum iri juramento denegarat Vdalrico Comiti ob fidelem operam, quam modo prædicto nauarat contra Henricum Boiorum Ducem Ottoni II, non ut ipsi scribunt Ottoni III. Imperatori seu regi adhuc puer. Hic etenim secundum omnes fere historicos parenti Ottoni II. anno LXXXII. Romæ vita funesta subiectus fuit puer, nifallor, duodecennis. qui ergo fieri potuisse, ut consecrationis templi permisso Vdalrico ab Abraham Episcopo facta, quin & ipsa templi consecratio contigerit anno LXX, cum tamen causa precedentis illam abiurationis Abrahami

ham post tredecim primum annos orta fuerit, ex fideli opera ab Vdalrico, ut
scribunt p̄festa Ottoni III. adhuc puer. Sed decepti boni viri videntur in
eo quod legerint apud historicos, Ottone II. Romae defuncto de substituendo rege
dissensionem esse factam inter proceres, alijs exodo in imperatricem ab eius filio
imperium transferre volentibus ad Henricum II. Boiorum Ducem predictum:
alijs filio Ottonis II. Ottoni III. puer duodecim annos nato regnum deberi certan-
tibus. Eoque intellecto Henricum Bōium Coloniā Agripinam peruenisse, &
pueram Ottomem, qui ibi educabatur ab Episcopo fraudulenter subreptum in cu-
stodia tenuisse, seque Augustum appellauisse. Puerum vero junctus omnium fere
dynastiarum copijs Henrico denūo eruptum & in regnum sublimatum fuisse A-
quigrani. Henrico vero regio nomine femet abdicanti suum Boiarie principa-
tum esse restitutum. Quare fidelem operam illam ab Vdalrico Ottoni III. p̄f-
sta opiniante errauerunt. Fieri quidem potuit, vt Vdalricus Ottoni III. auxilio
quoque fuerit contra eundem Henricum, sed anno LXXXIII. primum, templo E-
berspergensi jam dudu consecrato, anno videlicet LXXIV. die XII. Cal. Feb. DD.
Fabiano pontifici & Sebastianio patrono nostro, sacrato, quo forsitan inde multo
tempore anniversaria etiam dedicationis commemoratione celebrata fuit, vsque ad
secundam eius reedificationem & consecrationem factam intra annos CID. CCC.
VII. & XII. patrocinium vero quod vocant cum aera summa, tum alterius cu-
mique celebratum ad hac nostra tempora vsque fuit die festo primarij cuiusque
patroni. Credibile est autem plures Christi, Mariae & aliorum Sanctorum reli-
quias, Comiti Vdalrico postulanti, huc e diuersis locis ad festum dedicationis, Ro-
ma p̄serrim transmissas, donoq; datae fuisse, maxime post euulgata illa duo a
Deo per D. Sebastianum & D. Maternum patrata hic ad aras eorum profanas
adhuc miracula in principibus personis, ipso Comite Vdalrico olim Henrico Duce
Boiorum, nec non Abrahamo Episcopo nuperrime: quas deinde Vdalricus gem-
mis, auro & argento exornatas fecit asseruandas, peregrinis ostendendas. & ab
omnibus publice venerandas, festis celebrioribus, aris superimpositas. In primis vero
Cranius S. Sebastiani argento subduci in aurato & statua pectorali argentea, auro
& lapillis preciosis affabre distincte includi eo, quo vel nunc quoq; oculis usurpare
licet, voluit; profaciendo ex eo haustulorvini, cœu potiuncula contra toxica epidimia
presentissima olim forsitan a Christo opilione facta vini petitione insinuata. Euolu-
to post dedicationem templi biennio Hunefridus ille vir doctus pius & sanctus, olim
Augustinianorum. Praepositus, iisque primus templi huc ac monasterij parens post
Deum, & auctor, tum homo priuatus naturæ concepit, anno videlicet LXXV. II.
At LXXXI. VVeginoldus III. Augustiniane familie Praepositus obiit, cui succeſſit
Guntherius. Anno autem LXXXII. I. hinc ad celos migravit S. Vdalricus antistes
& Otto II. Imperator. Verum eniuero Comes Vdalricus videns basilicam patro-
nij suum D. Sebastianum miraculis a Deomagis magisq; in dies collustrati, pe-
regrinantium huc & supplicantium numerum augeri, templum anathematis &
oblatio-

oblationibus dutari, tam egregia populi erga Deum & D. Sebastianum pietati,
& singulari erga hunc locum affectione commotus, in id unum ac solum omnia
sua consilia & cogitationes intendebat, ut quocunque posset modo haec eadem ma-
gis adhuc promoueret, & auctiora redderet. Canonici porro regulares canobij,
tum incole religiosi, pacis & tranquillitatis, nec non contemplationis easelis a-
mantiores saepius ab illo pacificam hinc in eremum discessiōnem expetierant. Qua-
re eo facilius tam piæ illorum tandem petitioni acqieuit fecitque satis quo magis
sanctimonia laude, vita integritate, piæ conuersationis suauitate, ac bono, quo
flagrabant apud omnes, odore præstansimorum tunc religione virorum, Deo
sub regula D. Benedicti, commilitarium allectus fuit, ut eos aliunde huc euoca-
tos introduceret. Re itaque prius bene considerata, de magnatum plurimorum
consilio & impetrato ad hoc, tum sui, tum summi i. ontificis consensu, an no ab or-
be liberato i. CCCC. XC. Gunthero quarto D. Augustini consecraneorum hic
Preposito, cum tota sua sacrata familia, que hic Deo ac D. Sebastiano LXXXIX,
annis fideliter in seruerat, pacifice & cum magna gratia dimisso in eremum, ca-
nobium simul ac templum eorum Ordinis D. Benedicti religiosis aliunde huc ac-
citis pleno cum jure attribuit, una cum omnibus ad ea spectantibus bonis ac priu-
legijs, summotum pontifice Ioanne XV. Episcopo Fruxinensi Abrahamo supra di-
cto, Imperatore Ottone III. & Boiorum Duce adhuc Henrico II. His e varijs
monasterijs huc conuocatis & coadunatis jam Monachis in primum abbatem
dedit reuerendum dominum Reginboldum huc quoque Augusta Vindelicorum
vbi praesulem ad D. Vdalrici vigilansimum egerat, euocatum.

Anno deinceps XCIV. diem suum obiere duo illi Henrici Boiorum & Cha-
rinorum duces, nec non abrahamus Fruxinensis antistes. Anno autem
CIO. I. excessit e vita Otto i II. Imperator, cui succedit Henricus II. Boiorum
dux, Henrici II. filius: a quo, eodem adhuc anno Reginboldus huius loci abbas
hinc denuo auocatus & abbatia Lauresheimensi in Franconia praefectus fuit.
Reginboldus vero prius quam hinc abiret, Atlmannum Monachum vix XVIII.
aut summum XX. annos natum sibi substitui voluit, id quod tamen Comes Vdal-
ricus non concepit, licet annus illius fuerit, sed administratorem eius interim loco,
dum annis cresceret, constituit. Sub idem fere tempus & terque Vdalrici filius
viginti & plures annos natus & uxorem duxisse fertur. Adalbero II. matri-
monio sibi copulatam accepit Richlindem seu Richildem (Auentinus Richitam
vocabat) Audolphi Sueorum ducis filiam, sororem Guelonis seu VVelphardii.
Charinorum praesidis. Quæ Sterilis cum esset, una cum marito in filium coopta-
tauit puerulum quendam egregia tum forma corporis, tum ingenij indole prodi-
tum, cui nomen erat Conrado, ex inopibus quidem, probis tamen & honestis pa-
rentibus prognatum, qui tamen adolescentis obiit.

Euerardo autem nupta fuit Adelhaidis virgo e Saxonia oriunda. Ex
quatre filios, quorum unius Valtherij nomen fuisse ferunt, & unicam filiam
Villi-

V Villiburgam II. suscepit. qui tamen filij in sua adolescentia denuo naturae concesserunt. V Villiburga autem cuinam mortalium nupserit, non quam facile licet reperire, ex thoro tamen legitimo eam genuisse constat tres filias Hademundam II. Leukardem II. & Gerpirgam: quarum prima nescio cui Comitum iuncta connubio ex eo conceptum filium in hanc lucis auram enixa est Vdalricum: At secunda maritus fuisse dicitur V Vergandus Comes de Moßbach: tertia deum Deo castitatem vovit, monasterium ingressa, quam & mater secuta fuit. de horum singulis inferius suis forsitan locis si videbitur, plura.

Vdalricus igitur videns sibi ex filiis filiabique suis nullam prolem esse aliam prater proneptim Hademundam filiam V Villiburgae neptis sua ex Euerhardo filio & pronepotem Vdalricum ex Leukarde II. eiusdem V Villiburgae filia altera, de vicerius propagando tam illustri stemmate suo perquam solicitus, pro feliciorideinceps nepotum ac pronepotum suorum successu, & ut Deus sibi ac posteris suis D. Sebastiani interuentu concederet, absque peccato saepius jam dicti illius praedictis praeceps seu vici Ahaim, quod olim patruus suis Euerhardus eidem sancto pro diuinis servitij denouerat, & cuius is ipse Vdalricus inique detractionis ab Adalberone parente suo factae personas gravissimas luerat, & sum ad vitam, eidem sancto attribuit predicta seu vicis Senn & Ottakerberg, item Ecclesiam dotatam cum decimis villa seu pagi Neukirchen & duos mansos ad Huntelbach seu Humelbach. Cum vero ne sic quidem voti sui compotem se fieri posse animaduertaret, peccatis ac delictis suis imputauit, quod minus a Deo exaudiretur. Quare toto nisu in Dei se amorem tradens eleemosynis redimere & de mammona iniquitatis amicos sibi facere, qui se aliquando ad eterna habitacula reciperent, statuit. Quidquid ergo in pecuniis habuit, monasteriis & pauperibus distribuere & postea inops ipse egenis ministrare, quin mundum quoque & quicquid in mundo habebat, derelinquere & juxta exemplum Hademundae I. sororis olim sue peregrine proficiendi voluit, saltem post obitum coniugis sua. Quae omnia procul dubio omnino fecisset nisi vir quidam laicus, Adalgera dictus sanctimonia tum laude per celebris illitam serio hoc suum propositum interdixisset. Diuinitus namque sibi revelatum afferuit, longe Deo gratius illique salutarius fore, si ex bonis & pecuniis suis assiduo & in annos plurimos pauperibus eleemosynis succurrere, quam vel & in tempore aut anno omnibus diuenditis & in egenos distributis, reliqua vita sua nihil amplius habere reliquum, quod in eiusmodi pauperculos erogare valeat. Cuius tum sancti viri verbis ac monitis, quin renuncato a proposito animo suo acquiesceret aliter nec voluit, nec potuit.

Quæ porro de morte Richardis sequuntur, jam supra in ipsa Richarde exposuimus. Pergunt chartæ:

Coniuge igitur vita jam functa Comes Vdalricus ultra quam dici potest luctu, squalore ac mero dolore animi affectus, connocatos ad se filios suos hunc

hunc ferè in modum adhortatus est: *Dubius ego miser, num vos ultra confiteaturus sim tuncquam, de aliquibus vel maxime monitos vos velim. Primum quidem ut memori semper mente repositum teneatis obitus ac depositionis diem matrii vestre, immo & mei aliquando parentis, in fundendis ad Deum pro nobis p̄ ips precibus, elargiendis illis annuis a matre fundatis & etiam vestris propriis eleemosynis, procurandis sacris & alijs id genus pietatis in parentes operibus exercendis. Sic enim Deum habebitis, immo reddetis & placabilem & exorabilem. Multi quidem mortalium apud homines gratiam inire desiderant, & quantum possunt, sūi post se memoriam in mundo relinquere. At vos, filij, uauissimi me-mentote gratiam hominum memoriamque mundi prorsus esse nullam. Quid enim prodest homini stulto post mortem mundum sūi meminisse, si sit in loco damnationis & pene? Quid juuat laudari in mundo ubi corpus jacet mortuum, & caro absque sensu? ubi enim sensus sunt hominis, ibi & homo sit oportet, & ubi sensus nulli, ibi & homo nullus. Quid vero confert corpus emortuum unguentis preciosissimis inungi & aromatibus condiri ad sepulturam, si animus horrendum torquetur & prepetuis oppletur factioribus in inferno? Quare vos potius apud Deum gratiam inire vestrique memoriam relinquere satagit. Hec enim perpetua est apud Deum & homines in terris & in celis, apud angelos & sanctos Dei, nec ullā tuncquam obliuione deleri potest. Denique regi vestro cautele rebelletis, nec ipsum tamen ad domos vestras quo cura que modo aut ratione iniustis, aut vocetis, nisi bona vestra & opes, quin honorem quoque & gloriam male perdere velitis. Horum itaque omnium sapientis vos memores fuisse iuxabat.*

Ipse vero Vdalricus jam inde a pascitate, quo ex hac vita discessit, communus illius Richardis, non solum ab esu carnium, lauitia ciborum & potus, venationibus & aucupijs, sed etiam a verbis otiosis omnibusque mundi delicijs, ioci, & gaudijs penitus abstinuit, celestibus tantum desiderijs & gaudijs affluere gestiens quam maxime. unde aduersa prosperis longissime antetulit. Quare cum ex oculo sinistro aliquando laboraret graniter, nihil omnino medicamenti aut leuaminis adhibere voluit, potius cum sancto illo patre hic a Leo scindi, viri exuri cupiens, quam ibi cum potentibus potenter torqueri.

Prater hæc illud mihi hic ob seriem temporis notandum occurrit, quod anno ab orbe redempto C. 10. XXVIII. Conradus Rex Francorum ex voto Ebersbergam cum venisset, D. Sebastiano ad eius aram pro solutione voti aream tunc cum duobus agris ei adiacentibus in Tandorf sitam attribuit.

Cap. 25

Anno deinceps XXIX. supra C. 10. contigit quodam tempore ut Vdalricus Ebersbergæ in castro cura sederet, & cum suis familiaribus sermocinaretur, de succrescentibus in dies huius mundialis, subito S. Sebastiani templum versus & aram innixus genibus inclamaret dicens, Quanquam ante hac sapientis ingremuerim, summumque animi dolorem conceperim ex eo quod nullam mihi problem ex filiis meis prognatam videre licuerit, serisque nepotes sperare, eamque ob rem-

anxius

anxius nimium & sollicitus, pro ulteriore generis mei propagatione, votis ac precibus domino Deo meo & tibi, S. Sebastiane, martyr inclite, mea cum vita tum in columitati post Deum restaurator unice, humillime supplicauerim; nunc tamen grates vobis immortales ago, quod minime a vobis exauditus fuerim, quin prioribus etiam orbatus haec tenus vitales spiritus duxerim. Ceteris autem huius rei causam indagantibus, respondit. Si etiamnum res humanae, nec non opes ac diuitiae ita forent constituta, vt sua quisq; retinens justè ac pie in pace & animi tranquillitate vivueret, gauderem quidem, si Deus ter Opt. Max. procreationem prolu & longam nepotum seriem concessisset. Quia vero hac nostra tempestate cubique succrescentibus dolis ac malis innumeris, vel ignominiose vivere, vel iniuste agere quemuis fere sit necesse, malo multa prole ac seris nepotibus carere, quam eos vel sine honore, vel extra Dei gratiam positos videre. In causa sunt euentura sequenti generationi, eamque oppressura maioris infortunij mala. Quamdiu Romani Principes cunctis gentibus ac terris imperarunt, tanto legum scriptarum moderamine & prescripto cunctos rexerunt ut nemini cederet impune factum lege prohibitum quocunque, omnium causas actionum juxta normam solum ac regulam legis sua metientes & decidentes. Germanorum autem regno a Romanis ad nos translato, ubi precepta legalia cessauerunt, Sigebertus & Theodoricus, ac postea Carolus, jura dictare coepерunt. Quæ si quis nobilium generosorum aut illustrium discere ac nosse neglexisset, summa id illi ignominie maximoque dedecori apud omnes fuisset. Unde & me & coetaneos meos, vel peritisimos horum videtis. Moderni autem parentes filios suis juris prudentialm docere negligunt penitus. Unde contingit aliquando, vt vera sinceraque iustitia in exilium relegata, mendoso jure & fallacibus opinionibus suis invixi, prosolibitu ac voluntate quoisque vivant aut justos opprimant, aut ex lege temeritate sua de rebus & causis iniquissime judicent.

Breui post tempore Guntherus ille qui olim quartus Augustiniana familie sacrae praepositus, una cum suis hinc ad eremum abscesserat, anachoreta factus, ex insinatu diuino Vdalricum Comitem ubi conuenisset, post habitam cum eo de secretis rebus collocutionem, ipsum rebus vt suis quam posset optimè proficeret, serio admonuit. Fore alioquin prædictis, vt post suum ex hac vita discessum, qui non ita procul abesset amplius, prædia eius ac bona è pluribus aggregata, minime in suis partirentur, sed ad manus alienas euentura essent. Quare conuocatis quamprimum filijs & cognatis suis horum natu maximo Adalberoni castrum Ebersperpense assignauit hac conditione, vt cum ipse, tum & vxor eius & posteri juxta fundationem matris defunctæ Richardis ex cuius bonis eleemosynas illas panum, carnium & ouorum anni singulis in pauperes distribui diligenter sibique & matri, nec non toti familiae sue illustri vita functæ, annuam depositionis obitusque diei commemorationem solemni sacromitatum uno, pluribusque priuatis, nec non defunctorum vigilijs publice celebrari, ceu loci huius & collegij fundatoribus

Q

ribus

ribus procurarent. Eidem quoque attribuit, & quibus cunque successoribus sui diues illud predium seu vicum abeant ut ex eius redditibus in annos singulos soluerent D. Sebastiano & ad aram eius offerrent, quam diu superstites forent, triginta aureos illos eidem Sancto olim a parente suo Adalberone I. ex voto promisso, pro obtenta sui incolumitate corporis. Cetera verò sua quæ supererant bona, & opes, aqua lance inter se diuidendas suis reliquit suum post obitum.

Post hæc decretitus jam letæque adhærens senex Vdalricus de loco hoc to-ro, templo in primis, ac D. Sebastiano bene meritus, primus ordinis sacri D. Benedicti hic introductor & fundator, inuestitus miles, pietatis simul & equitatis amansissimus octoginta circiter annos natus, postquam ultimum suis valedixisset, hac lucis aura frui desit, V. Idus Maij anni prefati c. 10. xx. x. & a filii atque cognatis debito cum honore hic ad D. Sebastiani juxta Richardem commemoratum sepulturæ funus mandatum fuit. Pro quorum suorumque bono animorum, & salute, filius Adalbero Diuo Sebastiani eiusque hic famulus Monachis, ceu apud Deum deprecatoribus, posidendum tradidit predium seu viculum Haselbach, cum omnibus suis agris, pascuis, pratis, silvis, pro justis & exequi se magnificientius peragendis.

Atque hæc de Vdalrico partim à nobis ex variorum scriptis enucleata, partim ex chartis Eberspergenibus exscripta cognouisti. De varijs vxoribus nulla mentio: sed visi sunt pepercisse conditori cœnobij. Ego probè expiatum aio, quod est peccatum. Vdalricus certe dignus erat, qui in censum Beatorum Boiarie referretur: nunc de Hademunda eius sorore pauca tradamus.



S. HADE.

S. HADEMVNDA

EBERSPERGENSIS.

B. VLRICI SOROR.

Hademunda Vdalrici soror Adalberonis I. filia, nupta fuit Marquardo Carinthiae regulo Marquardi filio, qui in primo ætatis flore raptus Hademudā destituit Quæ non abusa tempore & occasione, desertis & in pauperes tributis omnibus rebus mortalibus & fugientibus, totaque dote sua neglecta, peregrinabunda ad Christi incunabula Hierosolymam profecta, ibidemque religiosissimè defuneta, plurimis à morte prodigijs inclaruit. Nec plura de hac Diua cognoui. Cuius exemplo motus Vdalricus & ipse secundum uxoris mortem volebat ut supra audisti, virtutem sororis æmulari. Sed aliter visum sacris consultoribus illius, qui alia omnia, non sine rationibus suadabant. Nec enim omnibus omnia sanctorum exempla conueniunt: alia nobis Deus imitanda, alia miranda venerandaque proposuit.

CIO. XXIX.
Idem qui supra scri-
ptores in Richarde
et Vdalrico.



Q 2

S. EMERI

S. EMERICVS.

S. STEPHANI REGIS VNGARIÆ ET
GISALÆ BOIARIÆ PRINCIPIS,
VNGARIÆ REGINÆ
FILIVS.

C12. XXXII.
Bonfin. XXI. sū-
pre C12. penit.
Ex anonymo M. S.
apud Sur. prid. Non.
Novemb.
Bonfin. dec. 2. l. 2.
Chromera an. 1036
Martin. Polon. 1022
Fasti Rom. IV. No.
Molanus eodem die.
Auent. p. 406. edit.
Basil.
Ioan. Thuroz. ius.
Theobaldus Fege-
rue.

viennam.



On accipient opinor durius Pañones si, D. Emericu alumnū illorum regiūmque juuenem, inter Boiariæ quoque sanctos reponamus, cum sanctissimi parentes illius etiam regnum Boiariæ ab Conrado Imperatore propter filium, quem proximum principatus hæredem existimarunt, petere, imò & armis extorquere conati sint: sic enim Auentinus de hac postulatione; *Praeterea que hoc conuentu Augustus & Cæsar in Boiariam Reginoburgum transitum faciunt, solenne imperij concilium concelebrant, Bruno frater D. Hainrici II. Episcopus Augusta Khatorum, flamen augustalis è vita exceſit. Ad sunt legati Stephani regis Vgrorum & Gisalæ uxoris eius, Hainrico filio horum, regnum Boiaria, quod maiores atavus, proavis, avus & auunculus tenuissent jure hæreditario a Conrado repetunt, quod cùm negatum foret, bellum Imperatori & regi indicunt, domiisque abeunt.* Et mox infra: *Vgri repulsa paſt Vianam Boiaria Orientalis oppidum capiunt. Conradus arma in Vgriam mouet, usque ad Arrabonem flumen penetrat: cuncta terrarum cæde, præda, incendijs complet; ab ulterioribus Vgris fluminibus & paludibus prohibitus, penuria annonæ coactus in Boiaria fines reuererit. Ibi ultro citroque misi oratoribus de pace agi captum. Hainricus rex Boiorum ad Stephanum & Gisalam in Pannoniam proficitur. Iam entn Diuus Hainricus filius illorum (Vgri Emericum corrupte vocant) qui heres regni Boiariæ ob matrem inde oriundam afferebatur, obierat. Rex Boius & Vgrus amicitiam, quæ antea cum Diuno Hainrico II. conuenerat, renuant, religione jure jurandisanciunt.*

Diuus ergo Emericus patrem habuit Stephanum Pannonus regem, auum Geisonem, nec lubet ulterius ad maiores Emerici paganos regredi. Matrem Giselam D. Henrici Augusti Imperatoris sotram alteram opionem referit ex scriptore annalium Guilielmi Burgundi filia fuisse contedunt auunculus D. Henricum, Vngaria quiniescio quam fabulam contexit, ex cuius sententia S. Emericu S. Henris Principi Boiaria ex seru Gertrude neta. auum

S. EMERICVS.



Ter felix iuuenis, Diuus genitoribus ortus;
Et Diuus Sanctum filius ante patrem,
Et quod virginos nunquam inolauerit annos,
Quiamus iuncta toro regia virgo foret.

In modijs, quis non miretur! hic ignibus absit;
Aula, puerilla, rotas, quid nisi flamma fuit?
Sed castum pectus flammis melioribus ansit.
TURPIS AMOR FRIGET, CVM PIUS ARDET AMOR.

Q 3

auum

ODIXIMANZ 20

EV. HOMIL.

69

auum maternum Henicum Hezilonem, proauum Henicum O-
thonis M. fratrem, principes Boiarie omnes. Et tam sancto coniu-
gio tam sanctum extitisse partum quis miretur, quando ut fortis
creantur fortibus, ita sancti e sanctis existunt. Nec enim vera est
semper aut saepius, improba parcemia, Heroum filij noxae. Itaque
verè scriptor vitae S. Emerici de parentibus illius & ipso ex illis nato,
*Qui paribus, inquit, studijs in præstantissimo quoque virtutum genere certa-
bant. Emericus in tam ardenti charitate Christi natus, quid aliud quam sua-
mum Leo holocaustum esse poterat?*

Præmisit Emericus ex ipsis prope incunabulis, ut plerique e san-
ctioribus, indicia quædam & signa futuræ nempe sanctitatis argu-
menta. Nam etiamnum puer, intempesta nocte mox post primam
vigiliam, cum totum ferè genus humanum alto sopore pressum in
vtramque aurem dormit, ille velut hostis somni jam vigil catmina
regij vatis ad lucernam ut olim Theodosius Magni nepos, lectita-
bat, & secundum singulas odas supplex à Deo veniam erratorum
orabat. Pater nonnunquam extra conclave ad limen cubiculi per
diductam laxius rimam studia filij ex occulto, noctesque arbitra-
batur, cùmque assidue usque in lucem precantem saepius obserua-
set, apud omnem quidem id familiam tacitum habuit, sed ipse in
spem optimam de tam sancta & religiosa indole conceptam venit,
olim fore, ut hæc pietas in maturam sanctitatem adolesceret. Et sa-
nè sanctissimus Dei spiritus mirificè in animum se regij ephebi in-
fudit, saepèque arcana cœlestia aperuit, quod vel ex eo dicas: cùm
pater statuisse reuise ad religiosum S. Martini contubernium,
quod ipse amplissimum & nobilissimum condiderat, virisque in-
tegerrimis & religiosissimis colendum tradiderat, secum comitem
filium eo deduxit. Patres ea de re certiores facti, supplicabundi pa-
tronu suo & parenti occurrunt. Quos ubi mox eminus conspe-
xit, filium ad eos salutandos præmisit, ut cultum sibi paratum præ-
cerperet: quem illi qua parfuit veneratione acceptum, gratum ex-
pectatumque venire gratulabantur. Emericus singulos osculo
excepit, sed hunc bis, illum ter, alium quater, Maurum quendam
cognominatum septies deosculatus. Animaduertit hoc Stephanus
pater & demiratus rex, quanquam id non temerè factum à filio
judicabat, tamen facti rationem scire auebat. Itaque re diuina per-
acta, percontatur ex Emerico quamobrem non pari omnes bene-
volentia complexus esset, alterique plura, alteri pauciora oscula
porrexisset. Respondit se gratiam oscularum pro cuiusque virtute
& meritis in omnes diuisisse. Alios diuitius castitatem coluisse,

Q. 4

eoque

eoque plura accepisse, alios non olim diuue continentius vixisse, & paucioribus impertitos; Maurum illibatum custodisse ætatis & pudoris florem, meritóque septimum osculo delibutum. Sentunt nimirum se sanctæ castæque mentes, & mutuò cognatione cœlesti quasi norunt; cuius rei in aliis quoque Sanctorum historijs subinde notæ occurunt. Rex, ut quod de Mauro filius retulerat, exploratiūs cognosceret, post vnum alterūm ue diem non nisi duobus comitatus famulis, ad cœnobium redit, & post nocturnas laudes obseruat eos, quibus filius plura oscula affixerat, secundum preces matutinas in odéo hæsisse, nec ad somnum capiendum receſſisse, alioque in alium chori angulum se precandi studio abdiſſe. Adiit inde singulos & officiosè precantes salutauit, qui venerabundi regi, ut officium & modestia videbatur monere, singuli gratias de humanitate meminerunt; solus Maurus ab rege quantumuis blandè salutatus conticuit, legémque silentij non violandam existimauit, ne tum quidem cum rex ei nescio quid comminaretur. Vbi diluxit Stephanus in cœtum patrum ingressus, Maurum ut eius modestiam & submissionem certius exploraret, incoram de multis reum postulat multā que obiicit, quæ ab religioso viro valde aliena censi poterant. Reus, cœlo commissa causa, conscientia & innocētia fretus, culpam nullam excusauit: tum demum rex auro velutigne examinato, certissima illius integritate & demissione cognita, virtutem eius apud omnes in cœlum laudibus extulit, nec diu post Quinque ecclesiensem pontificem designauit. Nulla certior virtutis nota est, quam publica reprehensio constanter & impetratabile audita & perlata. Excesserat jam ex ephebis Emericus, cum Vespriñi noctu ædem S. Georgij, quam vetustas ipsa religiosiorem fecerat, cum seruo adit, vbi in genua dejectus, & in preces fusus cœpit animo secum pertractare, ecquodnam dignum auctori & conditori suo Deo, gratumque munus ferret? accepit è cœlo vocem; nihil æternæ menti gratias facturum, quam si innuptos cœlites imiteretur, castumque corporis & animi virginitatis florem cœlo initiet & voto signet. Vouit illico adolescens, quod monebatur, Deum suppliciter veneratus, ut id ratum, sanctum in uiolatumque in omnem vitam vellet, non ignorare se, non id suarum esse virium, sed non diffidere ei, cuius præsenti ope auxilioque niteretur. Noluit Emericus per comitem suum huius inicii cum Deo foederis consicum cuiquam ante ultima fata in publicum efferi. Pater tamen huius arcani ignarus, pubescentem filium voluit nuptijs illigare, quod præter eum hæredem haberet nullum, & regno optimè prospicuum

spectum vellet, cum videret filium in optimam imperij spem natum. Itaque volentem nolentem aggreditur, renitentemque rationibus vrget, adigitque eo, ut virginem in vita societatem admittat. Assensit hactenus patri, ne quod mente destinarat, violaret virginem regiam in vota sua adduxit, ut juxta secum virginitatis decus aeternum custodiret. Et post nuptias diligenter & curiosè Stephanus in filij vitam, mores, studia, certamina cum corpore & cupiditatibus inquisivit. Cum quibus ille nullas vñquam, vti nec cum Orco inducias fecit, semper in acie, semper in excubiis, vigilis, pugnis versatus, corpus inedia torquebat, animum precibus & rerum coelestium curis occupabat, ne quam aut sibi aut sponsæ labem aspergeret. Iam enim crucem sensibus defixerat, qua nec improbis desideriis afferebat, adeò ardenter lasciuientemque adolescentiam & primam pubertatem retundebat mactabatque. Nec victorem mundi, cupiditatum & Stygij tyranni, munerator coelestis diutius moratus, athletam suum ad palmam & triumphum in medio ætatis flore, ne qua hominū improborū consuetudine, vsu, familiaritate emendatissimus juuenis olim depravaretur euocauit. Decessit anno c. 10. xxxi. vel vt alij sexto & trigesimo Albæ Regiae conditus, vbi sacras eius exuuias corporis trigesimo, quām coronatus fuerat die, Deus ingentibus & frequentibus prodigijs illustrauit, vti populus jam non ad exequias defuncti, sed ad publicam triumphantis in coelo gratulationem concurreret. Celebrius ex reliquis mirandis illud fuit (nam cetera taceo) quod Conrado homini Germano omni flagitorum coopepto vsu venit, cuius catenæ quas ex pontificis imperio pro delendis noxis circumferebat, ad Emerici tumbam ruptæ omnes dissiluerunt, absolutumque à culpis Conradum pronunciarunt, cum nec Hierosolymis, quæ supplex adierat, nec Romæ quidem, nec alibi exsolui posset. Rem in hæc verba describit Bonfinius, Post eius mortem (nam juuat paullò altius rem repetere) eius vxor integrum & triusque virginitatem, dum perpetuam virginitatem testari cupit, cogitur profiteri. Amanuensis, quod in Georgij ade videtur, post eius obitum publicè prædicauit, & intemeratam testatus est castitatem. Quin & Eusebius metropolita Cæsariensis publicarum die supplicationum, hunc in calum elatum se vidisse assueravit. Auxit huiusc rei fidem ingens memorabileque miraculum, quod Ladislai regis temporibus accidit. Conradus enim Teutonum genere natus, omnium facinorum grauitate completus, quum diuina quadam gratia, sub tanta scelerum mole resipseret, urbem Romanam adiit, ut detectamentis labe pontificia auctoritate expiaretur, imperataque supplicia pendret. Quum ante Hildebrandum D. Petri Vicarum se constituisse, paterfactis,

factus non sine summa cordis pœnitentia facinoribus hac pœna multatur, qualicam loco interioris tunicæ ferre, quinque catenæ ferreis obstringi à lustratore pontifice jubetur. Item pugillares dati, in quibus longa facinorum omnium confessio continebatur, idemque pontificio anulo obsignati. Postremo iniunctum, ut religiosissima quæque orbis sacella Diuorumque monumenta eoque perlustraret, quousque illuc perueniret, ubi vinculis vltro frictis exoluueretur, & pugillares reserarentur, quis celera longo orationis ordine complexi, minima quaque litera sponte caruissent. Ingenti us pœnitentia correptus, monumenta quæque sanctissima lustrat, neque Hierosolymam pratermittit, saluatorisque sepulchrum. Sancti demum Stephani regis fama ductus in Pannoniam se recepit: venit ad regalem albam, ubi corpus eius magnifico sacello reconditum, & ea quidem mente, ne conquam inde recederet, quousque solitus perse vinculis & deletis vltro pugillaribus se nosceret expiatum, quin & juramento propositum confirmarat. Basiliacam mox Albensem ingressus, ante Divi Regis aram se constituit, ingenti rerum à concitis se pessime gestarum pœnitentia conficit, & vehementissimi numen precibus sollicitat, ut eius patrocinto scelerū omniū véniam consequatur. Quum a prima hora diei ad nonam vrsque obsecrationsbus incubuisse, corpore animoque defatigatus, ante aram subinde graui somno correptus est. Ecce inter dormiendum huic Diuus rex appetet, Surge mox, inquit, amice, ne meis quidem meritis opere apud tribunal Liuæ maiestatis tibi confidendum esse scito, quando protanta facrorum mole patrocinium meum ad impetrandam delictorum imputatem, ne tibi quidem satis esse potest. Proinde Emerici mei monumentum, quod juxta est, adiuto, qui cum præ virginitate sua præcipuam apud Deum gratiam promeruerit, si aducatur ad hibeat, omnium mili credescelerum impunitate donaberis. Ipse enim ex eorum numero unus est, qui vestimenta immaculata sortitus agnum sequitur, quounque ierit, & ante thronum Dei nouum rythmum succentat q̄sidue, quare eo propera & opena eius implora. Mox ille somno experrectus ad beatum Emerici sacellum confudit, exorat Diuini numen adolescentis, deinde opinione celestis vincula, quibus erat obstrictus, vnde disrupera concrepere. Pugillares facinore confessionis nudi, rescisso sigillo sponte patuere, in quibus nullum peccatum, ne minima quidem litera inspici poterat. Ad catenarum crepitum cum adutui ac alijs complures conuenissent, rogatus vir ille rem ex ordine universam aperuit. Qui runc aderant hac rerum insolentia in Dei diuine Emerici religionem conuersi & vehementissima omnis huiuscæ numinis deuotione succensi sunt, eiusque sacello tantum religionis accessit, ut è remotissimis regionibus hic homines plane confluenter, qui prograuijssimi rebus vota nuncuparent. Quum haec regnante Ladislao accidissent, qui Dei quoque cultor erat eximus, tanto rei admiratione percitus Rex ille Optimus, pontificum procerumque omnium frequentissimum concilium habendum esse duxit, ut eorum auctoritate grauiissima sanctio fieret, qua inter Diuos Emericos referretur. Quin & omnibus triduaua pauci

ieunia edixit, mox Nonis Nouembr. circumdato singulari sacerdotum pompa Emerici corpore, urbem lustravit, dicauit mausoleum, ibique reconditum est, diuinique honores exhibiti, vota quoque frequentissima ibi quotidie suscipiuntur, edunturque miracula. Mater eius obitum aliquando intemperantius tolerabat, & grauiter angebatur, quod optimum regni successorem amiserat. Sed tamen illud fuit admirabile: trigesimo post eius mortem die, cum Albæ ab Vngaris frequentissima ac solennes celebrarentur exequæ non mæroris sed publicæ letitiae disille vijus est hand aliter, atque si maximum apud Diuos patrocinium sibi ac regno omnes sortiti viderentur.

Plura passim Bonfinius: sed profanus nimiam & paganus scriptor, cum sanctos appellat deos & numina; Dei matrem numen & deam. Catholicæ religionis disciplina non nouit, nec colit nisi unum Deum & unum numen. Bonfinius dum vult latine, quod ipsum sincerè non potest, scribere, superstitione & profane, ne quid dicam grauius, loquitur.

His & compluribus alijs minimè vulgaribus ostentis permotus pontifex max. & Stephanum patrem, quem doctorem celestem & præconem Euangeli celebrant Pannones, & filium Emericum in cælitum ordines rescripsit. Emerici dies pridie Non. Nouemb. festus est. SALVE EMERICE, REGIA. SOBOLES. VIRTUTIBVS. MACTE. SIDVS. PANNONVM. DECVS. BOIORVM, SOL. MVNDI. EXEMPLVM. REGIAE. IVVENTVTIS. INTRADELICIAS. NATVS. IN. DELICIIS. EDVCTVS. EXTRA. DELICIAS. VERSATVS. JOSEPHI. MARTIANI. HENRICI AVNCVLI, PRIORVM. IMITATOR. POSTERITATIS. IMPULSOR. VIVE. BEATVS. CAELO. PATRONE. TERRARVM; TRAHE. POSTERITATEM. AD. TVVM. EXEMPLVM. PATRIÆ QVAE. MAGNOPERE. LABORAT. PRECIBVS. VOTISQUE SVCCVRRE.

Illud de Emerico addo; illum dum viueret, cum parento sæpe obiisse tempora, lustrasse aras, cultum sacrum inspexisse, ubi quid inter vestem sacram folidum conspexisset, ibi ante aras regiam posuisse purpuram, aurum, gemmas, ut nitere posset templum. Quantum eheu hodiernum. discessit seculum ab illo, quando non ornantur ædes sacræ, sed ab hostibus templorum spoliantur, profanantur, polluuntur. Hæc Caluinus & sociorum religio est. Superi meliora!

S. ALBVI

S. ALBINVS

SEV ALBINVS.

C15. XLIV.

V. Febr.
Myrrew p. 273.
Notitia Episcopatus
orbis Christiani.
Prop. Brixinens.
Hund. metrop.
Petr. de Natal. in
S. Ingenuino.
Barthol. Trident. in
vita S. Genuini.
Martyrol. Rom.



Ec de hoc nisi pauca ab rerum sacrarum scriptoribus tradita ad manus nostras peruenere. Equestris loco natum aiunt. Othoni Magni nepote & Henrico S. imperantibus Sabionensem primum Ecclesiam procurasse, dein Brixinam migrasse, ubi hodieque Episco-
pi pontificatum Brixinensem administrant. Quadragesimus autem post Ingenuinum & amplius annis (ita narrant Fasti Brixinenses) otho-
ne tertio & Henrico Sancto successu imperantibus, Albinus Ecclesiae Sabionen-
sis trigigesimus octauus Episcopus extitit. Hic nobilis genere natus, propter admirabilem vita integritatem a prefato Sancto Imperatore & magni habitus &
praelaris beneficijs est affectus. Porro cum sedem episcopalem a Sabiona Bri-
xinam transalusset, omnesque optimi pastoris partes explenisset, demum sancti-
tate ac virtutum signis coruscans transiit ad Dominum. Corpus eius corpori
S. Ingenuini, multos post annos Brixinam transportato, hac ipsa obitus sui diece-
lebriter appositum est. Amborum reliquie in summo altari Ecclesiae Cathe-
dralis religiose affervantur.

Nec ferè plura de hoc Albuino cognoui. Nomen àduce Longobardorum patrium est Aluein, quo nomine Alboinus primus in Italia Longobardorum princeps. Fuere & alij Albuiniseu Albini, Lugdunensis alter, alter Gandensis pontifex cælitibus accensi. Brixina id ævi in Boiorum principis ditione erat. nam Hen-
ricus S. Imperator Dux Boiariæ fuit, ad eumque omnis Tiro-
lis pertinebat, quæ serò admodum à Boijs
est auulsa.



IVIA. 2

B. M. GEBE.

B. M. GEBEHARDVS EPISC. VICTOR II. P. M.




Mc flamor sanctum triplaci diadematè cinxit,
Communèq; orbis fecit in Urbe patrem.
Consilium sceptris dederam prius, atq; regebat
Casareos fasces, ciascamque domum.

velabat nostram tunc sempex insula frontem,
Nec lictum fulgens irradiebat onyx.
Tengeminam nosc' invicit Roma tiran,
SED OVM REXA VOLVNT, NVILLA CIVITA M.C...

K

B. M. GE-



WAGE

X

B. M. GEBE HARDVS

EX EPISCOPO EYSTADIANO ET BAVARIAE

PRÆSIDE PONT. MAX. CREATVS

ET

VICTOR II.

APPELLATVS.

GE BE HARDVS antiquissima & nobilissimaregulo-
rum Hirspergensium familia in Boaria editus, vt do-
cet Gundackarus, Hundius & Auentinus. Bruschius,
Panuinius, Alphonsus Ciaconius, Demochares, La-
zzius, Sueum faciunt ex gente Comitum Calueni-
um. Platina in Victore II. Bauarum appellat, eo quod Eystadium
olim Bauariam sub Vtilone respexerit. Ex illa fuere qui Eystadij
seu Aureati pontificiam sedem ante annos admodum octingentos
septuaginta eoque amplius obtinuerant. Suikerus seu Suigerus,
bona Vtilonis Boiorum principis venia, dynastiam suam prope to-
tam S. VVilibaldo Eystadianorum pontificum primo, in dotem ec-
clesie dedit. Irenicus: *Aureacenses Bauari sunt incolae regionis juxta Eich-*
stadium, ubi reliquiae S. VValpurgis sunt.

112. 1711.

XXVIII. July.

decessit.

Gundakarus sine co-

im continuator.

Hund.

Auentinus.

Brusch. in Episc. p.

158.

Ciacon.

Demochar.

Lazius.

Platina.

Lib. exeg.

Dubium est an Hundius Gebhardum II. Eystadianum antistiti-
tem cum primo non confuderit. Quod enim Bruschius narrat de al-
tero, hoc Hundius confert in primum. Nobis paene certum est,
Gebhardum hunc ex Caluenium stirpe ortum, hoc enim & imago
gentilitia docet, quae est Leo coronatus & jubatus; cum Hirsperi-
ana domus ramosum & cornigerum gerat ceruum; Gundackaro
tamen fides non abroganda, qui Gebhardo successit, nec stirpem ei-
ius genusque potuit ignorasse. Sed enim Gundackari manum id
scripsisse vix mihi fit verisimile, cum Hasenrieanus scriptor anonymus
disertè Sueum appelleat, & patrem Hartuwigum, matrem Be-
zillam nominet; ex quo sua Bruschius, ut videtur, transcripsit. Gun-
dackaro ergo aliena manus successit. Sed fuerit his vel illis dynastis
ortus, duplice nihilominus nomine venit in censum Boiarie San-
ctorum. Primum, quod Aureatum seu Eystadium id temporis
Boicæ fuerit ditionis; proinde antiqui scriptores Eystadianos pon-
tifices

tifices Bauaros vocitabant. Dein quod Chunonis seu Conradi Boiorum Principis ad Panionas profecti vicarias egerit partes, & Boiorum principatum administrarit. Sic enim Bruschius in Eystadianorum p̄fæsulum syllabo: Gebhardus Comes à Kaluu Suevus, patre Harduigo, matre vero Bixella natus, propinqua sanguinis nec studine Imp. Henrico III. conuentus, juenis quidem aetate, sed doctrina, sapientia & morum grauitate prudentissimus senibus equiparandus, eligitur in episcopum Aichstadianum anno 1042. vñanimi totius Canonicorum Collegij consensu. Erat iste in maxima apud omnes Imperij proceres existimatione: ita ut vñatur eius consilij in maximi imperij negotijs Imperator Henricus. Chuno vero Bauariae dux in annonias iter faciens commendauit ei totius Bauarie interim administrationem. Praefuit Ecclesie Aistadianae annis tredicim laudabiliter. Postea cum 19. Aprilis anno 1054. mortuus esset Romæ Pontifex Max. Leo Nonus, comes à Dagsburg alata & Cardinales missa ad Imperatorem legatione, peterent alium pontificem, electus est in Comitijs Moguntini vñanimi consensu omnium Germanie Episcoporum Gebhardus iste praeful & antistes Aistetensis. Romam itaque profectus anno Dominicæ incarnationis 1055. decima octava Aprilis ibi pontifex Max. designatus & consecratus, non amplius Gebhardus, sed Victor secundus est appellatus. Praefuit Românae sedi summa cum laude annis duobus, mensibus tribus, multas turbes ac arces ad patrimonium Petri recuperans, quaæ antea fuissent per vim abstractæ. Celebravit concilium in urbe Florentina: erat totius cleri acerrimus censor ac reformator. Anno Domini millesimo quinquagesimo sexto ad Imperatorem accersitus in Germaniam venuit, Natalem Diue Virginis celebrans Goslarie. Ibi cum Imperator Henricus tertius grauiter decumberet, Henricum filium Romanorum regem constituit, ac ut coronaretur, ac statim à Pont. Max. Victore II. confirmaretur efficit. Postea Imperator V. Octobr. ex hac mortali vita ad eternam concepsit: hunc pontifex Spiram auehi ac in sua presentia honorifice sepeliri fecit. Inde Romam reditus ipsè etiam in itinere graui morbo corruptus 28. iulij, anni à nato Christo millesimi quinquagesimi septimi ex hac lachrymarum valle euocatus est, sepelitur Ravennæ in suburbio ad D. Virginem.

Sed obstrepit famæ Gebhardi nostri Leo Ostiensis scriptor & vetus & nobilis, foedamque desertionis notam illi impingit (nihil enim quod publicè traditum est, tacendum, nec vitia disimulanda, nec veræ laudes deterendas) Gebhardus, inquit, Leo, Episcopus Eystetensis gente Noricus (Norici nomine omnem terram Boicam comprehendit) vir singulari prudentia, gerendarumque rerum peritisimus, regis consiliarius erat. Is cum ex iussione Imperatoris magnus valde Apostolico

traditus

Leo Ostiensis. l. 2. c. 85.

traditus esset exercitus iamque itineris multum consecisset, Imperatorem adiit
Erat s. Leo IX. p.
 M. quem in e. v. l. col.
 locam immo.
 eumque hac de re valde corripiens, ut eius exercitus totus rediret, dolosus effec-
 cit, quingentis tantum ex amicis & propinquis Apostolici illum comitanti-
 bus.

Bonafide, Gebhardi flagitium exposuit Leo, sed optima rur-
 sum idem emendatum ab Gebhardo & sape deploratum testatur,
 ita ut ipse auctor, quam Gebhardo maculam inusserat, suomet sti-
 lo aboleret. Qui quoniam, inquit, predecessori suo (ut supra retulimus)
 impedimento maximo fuerat quoties postmodum a circumpositis, molestie aliquid
 patiebatur, dicere solebat, Meritum hæc patior, quia peccavi in dominum meum.
 & item: Dignum est, ut quod fecit Saulus, patiatur Paulus: quod egit lupus, su-
 fimeat agnus.

Iam quomodo ad summum orbis Christiani tribunal admo-
 tus fuerit Gebhardus, nullo modo reticendum est. Leone IX. per
 mortem, quæ nullis honoribus aut virtutibus parcit, consepto,
 sanctior ordo Romanæ Ecclesiæ nullum è suo corpore tanto ho-
 noris fastigio dignum arbitratus, misso ad Henricum III. Impera-
 torem legato Hildebrando (postea Gregorio VII.) petiuit, ut ipse
 secum Romam deduceret, quem tanto oneri ferendo idoneum ju-
 dicaret. Admisit petitionem Romanorum patrum Imperator, &
 indicto Moguntiam antistitum concilio, quæsiuit, quem ex omni
 numero potissimum designarent pontificem. Nominauit ex om-
 ni numero votis Hildebrandus Gebhardum. Quo sanè perculsus Impe-
 rator, omni ope conatus est Gebhardum secum retinere, sic enim
 Leo Ostiensis, *Tristis ad hæc Imperator (nimis enim illi charus erat) cum il-*
Baroni Rom. XI. p.
 223. anno 1054.
lum omnibus modis sibi necessarium diceret, & alios plerosque hauc officio idoneos
 proponeret, Hildebrandus in sententia perficit. erat enim idem episcopus non
 modo prudentissimus, & verum in toto regno dittior & potentior omnibus. Hunc
 itaque inuitum licet ac nolente rege (propter quod postmodum monachos non a-
 masseretur) Romam secum adduxit.

Porrò Gebhardus ductus Romanam ab Henrico Imperatore I-
 dib. Aprilis, quæ in sacram quintæ feriæ coenam domini incide-
 runt, solemini religione initiatus, pontificiis insignibus cultus est,
 qui eodem anno Florentiæ minorum pontificum concilium præ-
 sente Imperatore celebrauit, lapsamque Ecclesiæ disciplinam resti-
 tuit & auxilia pauperibus ex prædijs & fundis alijsque donis Eccle-
 siasticis olim à plerisq; porrecta, post in alios usus auersa reuocauit, vsu
 piaculares & publicas noxarū poenas ex veteri more instaurauit, vsu
 fructum

fructum decimarum profanis vendi inhibuit. Eodem anno conuentum Patrum in Galliis quoque per Hildebrandum egit, passim enim in illis partibus fœdum Simoniaci ambitus sacrilegum per sacros archiepiscoporum, præsulum cœnobiarcharum ordines grassabatur, damnati multi, exauctiorati, & ex omni statu in ordinem redacti. Sed hoc in primis ad posteritatem est memorabile quod ab Lamberto, Urspergeni, Baronio, aliis acceptum, hic exponam. Periculosa sunt hominum ingenia, spargunt Veneta, ausa etiam patribus orbis Christiani sacrilega manu pestem pro salute, in ipso salutis sacrificio non semel propinare. Sed cordi Deo fuit vita pontificis & parricidam ingenti miraculo prodidit. Hypodiagonus vini ampullam Victori facienti toxicu imbutam portexit. Pontifex cum caelestibus Christi verbis calicem consecrasset, eundem de more leuaturus, populoque ostensurus, tollere de altari, quamuis saepius conatus, non potuit. Demiratus quid id esset, cum nec cogitatione rem posset assequi, quod innocentia pontificis tantum ab altero scelus cocepit posse, yix arbitratetur, coepit cum populo publicis Deum votis exorare, yellet aperiire, quæ res ea esset; quamobrem leuare sanguinem non posset; cum illico caelitis parricida, qui stygiam aquam diuino pontifici miscuerat, ab stygio tortore correptus & immanissime tam diu cruciatus est, donec parricidium palam confessus, rursus per pontificis & populi preces ab tartareo carnifice liberaretur. Impium factum erat, & mille culis & rotarum suppliciis expiandum, voluisse per salutis asylum salutem adimere ei, qui pro omnium salute & ipsius, qui scelus executatur, salutari hostia litabat. Anno porro sequenti jam adulto multatus pontifex ab Cæsare, venit in Germaniam opportune sane, nam & Henricus, nobis II. Italis II. (seu verius dicam tertius rex Germanorum, secundus Imperator, nam Auceps Imperatoris titulum non habuit) Bothfeldini in Saxonia, cum filium impuberem Henricum sexennem ferè, Victoris P. M. & Ecclesiæ clientelæ commendasset, ad supremum orbis dictatorem euocatus, præsente Victore animam religiosè & pice fedidit. Dignus Imperator qui spiritum in eius ederet præsentia, a cuius spiritu ipse viuus pependerat, qui nunquam insignia Imperij induit, nisi prius per confessionem expiatus se ipsum priuata verberatione castigasset. Pontifex optimi pupilli tutor indicto Principum conuentu Henricum Coloniz, regem Romanorum dixit. Defuncti corpus ad Nemetes delatum digno Imperatore tumulo intulit. Multis Patrum conciliis paſsim actis in Italiam retersus Florentiæ diadema sacrum cum homine exiit

ne exuit, pro triplici centuplicem & apud superos coronam indu-
turus. Obiit anno c. 5. LVII. V. Calend. Sextil. Episcopum Eystet-
tianum egit annos XII. Pontificem Max. annos duos, bonus & pi-
scopus, optimus Pontifex.

Hæc omnia Hasenrætelanus anonymous scriptor per antiquus his
verbis quamvis horridis & in cultis, veris tamen confirmat, quibus
plura etiam docet. Secutus est inquit (Gotsmannum) Geberhardus e-
piscopus, qui & in am aut nunquam presul ficeret, aut factus, tam cito subtractus
non esset. Tolerabilius enim effectale bonum omnino nescire, quam cognitum
tam cito amississe. Hic pater Hartungo, matre vero Bilita natu, Suevia ori-
undus, extitus, & etiam regalem, vel ipse Henricus Imperator fatebatur, pro sap-
ientia ex parte attulit. Quam tamen arroganiæ re erat facetissimus, suauiter
ille declinabat, dicebas, se quidem claris sarcis ortum parentibus, sed ne quaquam
ad hanc dignitatem pertinentibus. Hic vero hac occasione, ino ut verius di-
cam, diuina haec ordinatio factus est Episcopus. Postquam episcopatus noster
ad petitionem memorati Brunonis Episcopi duobus simul VI. irzengurgenibus
datus est fratribus: Geberhardus Ratisponensis Episcopus, regi patrius, postulare
cepit, ut juæ cognitionis gratia Chanoni archiproposito suo daretur. Unus peti-
tionis benignus Augustus in tantum æquicuit, ut idem prepositus de episcopatu-
m certus esse vellere, ut etiam quorundam clericorum seruitum quasi jam de-
betum non recusaret. Comperio autem Imperator, quod presbyteri filius esset,
cum penitus sibi episcopatum dare noluisse, patruus eius in tantum cepit maligna-
ri ut diceret, non propter predictam excusationem, sed magis propter sui
despectionem hoc sibi denegari. Quam patruui suspicitionem cum Caesar ex-
cludere velle, & scitis, inquit, me nihil erga eos nisi quod bonum
est, moliri, offerte mihi quemcunque idoneum ex vestratis, hoc tan-
tum excepto, & voluntatem vestram liberter adimplebo. Ad hac ille
cum debitas egisset gratias, Habeo, inquit, hic mecum juniorum quendam cogna-
tum meum, cui si prefatum episcopatum dederitis, deo uisum me semper in
omnibus habebitis. Tum ille, facite, inquit, illum ad nos venire. quem addu-
ctum Caesar iniunxit, Valde, inquit, minor est, & ad hanc dignitatem pax idone-
us sat. Deinde consultus super hac re assidentibus Episcopis, & diversis diversa
respondentibus, S. Bardo Mogunitinus Archiopiscopus sub eius cucullam suam, ut
solebat, collectus & tacitus, cum & ipso ad respondendum rogaretur, postquam
sepibus eum iniunxit est, demissi vultu tandem ad Imperatorem ait: Domine, be-
ne potestis hanc sibi dare potestatem, quia aliquando dabitis sibi maiorem. Quod
rex admodum miratus, quid inquit pater dixisti, defutura datione maioris pot-
estatis? At ille subridens, & tam, inquit, in dicendo, reruntamen, ut
dixi, bene potestis hunc sibi episcopatum largiri. Quo rex audito securus jam
tanti viri testimonio, annulum sibi max dedit cum baculo. Quod cum pater
R 4 eius

*Apud Gress. in E.
pis. Eystett. p. 447.*

eius N. audisset, magno, ut decuit, gaudio repletus scis citatur statim, quis esset
huius episcopi patronus, cuicum S. Willibaldus nominaretur, Pape, inquit, som-
nium meum me se felliit. Olim quippe somniabat, quod iste filius suus s. Petri Pa-
stor esse deberet, sed nondum venit hora eius. Posthac sublimatus pontificali-
fula dominus noster Gebehardus, licet junior esset etate, nihil tamen puerileg-
fit in opere, sed ita de virtute in virtutem certatim ascendit, ut inter omnes re-
gniprincipes paucis inferior, multis vero esset superior. Denique inter ceteras
virtutes speciale habuit, quod in exercendis tam diuinis quam humanis
judiciis, talis scientia, tantaque velocitatis extitit, ut jam neminem mortalium
hac in re superiorem haberet. Paucis itaque annis interpositis, adoptatus a
Caesare est in administrationem publici regiminis, in quo actu tam multiplican-
de resplenduit, ut quod rarissimum est inuidiam in virtute superauerit. Vnde fa-
ctum est, ut exultante ad Ungariam Chunone Duce, ipse ducatum Baioaricum
ad tempus susciperet regendum. Quibus diebus, inter alia gloriosè gesta, Schi-
renses latrociniis, ut hodieque sunt, deditissimos, in eantum deuastauit, combus-
sit, ac contrivit, ut huius afflictionis tamperpes memoria, quam queramonia pe-
nes eosdem sit. Eo tempore cum secundus a rege esset, rexque cum solo regis so-
lio precederet, Caesar ipse aliquae multe veraciter credidere, prophetiam illam S.
Bardonis de maiore potestate jam impletam esse. Sed neque adhuc venit hora,
quæ resplenda erat, ac sententia. His diebus S. Papa Leo Romanam rexit Ec-
clesiam, qui jam secundus imperatoria electione Apostolica sedi præfuit: signi-
dem primus Suidegerus Babenberensis episcopus extitit. Qui et venerabilis pa-
ter, ut premijimus in libello agnetis imperatrius, propter hanc necessitatem ad
Apostolicæ sedis assumptus est gubernationem. Cum antiqua Romanorum a-
uctorita inter alia etiam Apostolicam sedem Irenalem faceret, & modo hunc mo-
dum illum, nunc alium super alium constitueret, glorirosus Imperator indigitatatem
rei non ferens, cum magno exercitu Romanam venit, & habita generali synodo du-
os Simoniacos uno die abiecit, & tertium Catholicum Apostolicæ sedi imposuit,
prædictum scilicet Suiggerum Babenberensem Episcopum, Clementem in papa-
tu vocatum: qui eisdem Babenbergenibus hoc prærogium dedit, ut in suis in
festinatibus, tum ministri altaris, tum etiam ceteri seniores, mitras habeant in
capitibus. Hoc Papa feliciter defuncto & Babenberga in choro S. Petri, sin-
gulari fratrum devotione sepulto, succedit beatus hic de quo diximus Leo, quietam
immense clementia fuit, ut capitalium criminum reis non nisi tres sextas serias
pro paenitentia iniungere, & cetera misericorditer indulgeret. Quod cum fa-
miliares eius notarent, & simpliciores quoque ad audiendum perpetrandumque
facinus impunitate incitari dicerent, clementissimus Papa suauiter respondit, &
tam vera, quam simpliciter sententiam murmurantes compescuit. Ait enim: non
displaceat vobis fratres, si ego peccator peccatoribus condescendo, immo displaceat
potius, quod peccantes grauius equidem, quam ille, qui peccatum non fecit, nec in-
venit.

uentus est dolus in ore eius, punio. *Nusquam enim reperietis in toto Euangeliō, quod dominus noster Iesus aliquem jejunij vel verberibus afflixerit.* Sed pani-
tentis, vade ait, in pace & amplius noli peccare. *Hic contra Normannos pro-*
pace Ecclesiastica bellum suscepit, & maximum suae partis detrimentum incur-
rit. Unde insolabiliter contristatus cotidie missam cantauit pro interfectorum
animabus. Quod cum diu fecisset, tandem angelus domini per visionem sibi
affitit, & cur cotidianas pro defunctis Missas ageret, interrogauit. Cui cum
ille respondisset, quod jure hoc pro interfectis suis ficeret, angelus ad hoc: *Noli,*
inquit, pro defunctis cantare; potius, Sanctitati, domine, quia precepsa est in con-
spectu domini mors Sanctorum in illo prælio peremptorum. Quam Missam
postea cantauit pro illis ad vitæ suæ usque terminum. Appropinquante autem
tempore vocationis eius, vidit in visione juuenem quendam papalibus vestibus
indatum accedere ad se, tres calices in manibus portare. Cuius somni interpretationem mox ex parte factus sic exposuit suis familiaribus juniores quendam post
se Papam futurum & non nisi tres annos victurum. &c.

Leone ergo Papa non simpliciter defuncto sed vere in numero Sanctorum
computato, primates Romanorum Moguntiam veniunt. Papam sibi ab Impera-
tore deposito, & post longam deliberationem, nullum nisi nostrum Episcopum
Gebehardum accipere voluerunt. Qui totis viribus reniens, quanto plus obla-
tam dignitatem recusauit, tanto Romanorum desiderium ad obstatum eum
prouocauit. Denique postquam legatos suos, clam, ut putatur, Romam misit,
qui eum ex industria infamarent, & abominabilem Romanis quoquo modo face-
rent, sed frustra. postquam etiam per doctiores quoque, in quibus & noster Ma-
gister, sibi fauientia quæque Canonum colligit Capitula: sed & hoc frustra: non
est enim, ut scriptura dicit, sapientia, non est prudentia, non est consilium contra
dominum. Tandem Ratisponæ collectis universis regi primatibus omni tergi-
ueratione deposita, cunctam controversetiam breui quidem sed notabili consum-
mauit sententia. En, inquit, ad Casarem, S. Petro totum me, hoc est corpore &
anima contrado: & licet tanta sanctitatis sede me indignissimum sciam, vestris
tamen iussionibus optempo, ea scilicet pactione, ut & vos S. Petro reddatis, quæ
sui juris sunt. Hac sponsione à benignissimo Imperatore suscepta Romam hilari-
ter venit, singulari deuotione suscepit est, in consecratione Victor appellatus est,
tribus annis Apostolicū sedē gloriissime rexit, tantæq; inter ceteras virtutes, libe-
ralitatis extitit, ut Romanū non solum viventi, verum etiā mortuo singularia lau-
dū præconia attribuerent, & memoria eius celebris habeatur. Interim non imme-
mor, pæcti sui, tum consentiente, tū etiam in iusto Imperatore, multos S. Petro episco-
patus, multa etiā castella iniuste ablata, justè recepit. Romanāq; Ecclesiam multi-
tis honorib; ampliavit, ditaruit, sublimauit, & si diutius vivere licuisset, fortasse tale
verbum incepisset, quod ambae aliquorū aures timirent. Posthac ab eod. aliquod
Imperatore plurimis & accuratis legationibus euocatus Goslariam venit, &

inauditus

inaudita quidem susceptionis gloria honoratus esset, nisi Deus, quam nulla hec sibi forent ardenter ostenderet. In ipso susceptionis articulo, dum regius apparatu cum exquisitissimis ornatibus obuiam venienti procederet, tantus tamque subitanus imber ingruit, ut totus ille tanta ambitionis ornatus, usqueaque dissipatus sit. Veruntamen ubi fugiendo potius, quam procedendo in monasterium ventum est, magnifice susceptus est, ut Papam quidem decuit, non tamen ut Imperator voluit. Alias vero quam incomparabili apparatu tractatus sit, sicut supra modum fuit ipsa in re, ita longum est referre, hoc tantum veritate ipsa non intendente licet dicere, nihil tam magnificentum fuisse, quo deuotionis sua multitudinem pro desiderio suo posset ostendere. Paucis itaque interpositis diebus, autumnali venatione, gratissimo utique sibi occupatus studio, in nemore Hart nuncupato, ultimam valetudinem incidit, & medicis desperantibus, ingrauescente infirmitate III. Non. Octobr. rebus terrenis exemptus ad interminabilia cælestis regni gaudia, ut vere credimus, est translatus. Et quid ni credamus? cum inter innumera virtutis & pietatis opera ad prime Catholicus fuerit, & in extremis suis ipsius Apostolicum sibi utique benignissimum, totque venerabiles Episcopos aliosque sacerdotes presentes habuerit. Quibus & confessionem fecit, & a quibus indulgentiam accepit, quosque deuotissimos pro se intercessores habuit. Quem vero ex aqua duntaxat & spiritu Sancto renatum & in fide Catholica defunctorum non saluarent tot tantæque orationes & eleemosynæ, quæ diem sepulturæ eius precessisse feruntur. Deportatus itaque à Saxonia usque ad Rhenum Spire in monasterio S. Mariae, juxta patrem suum & matrem sepultus est XXII. obitus sui die, V. Kalend. Nouemb. quo & natus est die, disponente hoc & egregio Papa & Agneta Imperatrice dudum Augusta, nunc vidua: ut quo die exiuit de utero carnalis matris, eodem reconderetur in gremium terræ communis, scilicet mortuum omnium matris. His ita transactis, dispositisque laudabiliter regni negotijs, Romanam heu nunquam reuersurus rediit, & apud Aricium Tuscia ciuitatem V. Kal. Augusti, immatura morte vitam finiuit presentem, & ad gloriam proeclius est indeficientem. Huius venerabile corpus cum nostrates ad Eystetensem toparchiam perducere vellent, in via per dolum à Rauennatib. inhumanissime spoliati sunt, & sepulso tam glorioso Papa foras muros Rauennatis urbis in Basilica S. Marie ad similitudinem Romanae Pantheon formatæ, pristino desolatidomino summa onerati tristitia repatriare contendunt. Quibus ex meridiana parte descendantibus eadem hora septentrionalem partem aperte Gundelchar jam designatus Episcopus descendit; & illis pro amissio lugentibus domino, iste pro adepto latatus est Episcopo.

S. HEN-

S. HENRICVS

EX BABONE ABVSINO DYNASTA NATVS,
PEREGRINVS.

BAbonem Abusinum dynastam consensu tradunt rerum scriptores, duorum & triginta stirpis virilis, octo muliebris, libetorum parentem fuisse, omnésque simul ab eodem ad Henricum sanctum Augustum adductos, ciúsque clientelæ traditos, qui singulos præfecturis & dynastiis ornauit. Quanquā de liberorum numero, res ab nonnullis in dubiū vocetur. Hic Rietenburgicus Comes fertur patrimonio neglecto, cultūq; peregrini sumpto pauper egēnsq; ritu sancti Alexij ob spem immortalis vitæ terras obiisse, sacras ædes, religiosa & prodigiis inclita templa lustrasse, demūnque ad vicum Ebratshausium ad Mainburgum diuertisse, agnitusq; ibi vltimum clausisse diem. Ad defuncti cineres ædicula condita; ingens populi ad conditorum concursus factus. Diuus ipse miraculis inclauit. Iam quod ex peruetusto Cod. M. S. bibliothecæ S. Emmerammi VVolfgangus Selender antistes Braunauensis apud D. VVenceslaum exscripsit, ego ex eodem Cod. h̄ic subscribo: B. Henricus Burgravius de Rietenburg filius Ottonis superius memorati, cum abundaret omnibus diuitiis & deliciis, amore Iesu Christi sp̄retis & posthabitis omnibus peregrinari voluit, atque prolixioris exilij incommoda lubens sustinens in peregrino habitu per annos XL. circiter mansit. Hic tandem venit in Ebrölhausen, villam juxta Geisenfeld Ratisponensis dicēceos, ibique visus & agnitus, quieuit, in domino sepelierunt eum viri timorati, ejusdem loci villani. Ad cuius tumulum fabricatam esse capellam memoratur, fierique concursus maximos populorum, & crebra miracula, præstante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus & mirabilis in sanctis suis per secula. Hæc Selender.

Cæterū de hoc B. Viro ex paroeci Geisenfeldensis, qui in huius Diuī monumenta accuratissimē inquisiuit, literis, hæc cognoui.

Quæ h̄ic de nomine & stirpe S. Henrici legis excerpta sunt ex antiquis literarum tabulis, & monumentis, quæ, hodiéque seruantur apud S. Emmerani cœnobium Ratisponæ, ibidemque apud Scotos, & Rorom, Biburgum, VValderbachium, quarum fere axiūmaiores S. Henrici præfecti & conditores fuere.

S. Henri-

Cod. L. X. writer.
Ex Chren. S. Emmeran. sub fin. IV. lib.
Hund. Stem. p. 124.
Ascent. I. 7. p. 828.
Ex bibliotheca S. Emmeram: Ratisp.
M. S. Codice.
VWolfg. Selender Ab-
bap. 123.

Ebratshausen bei
Geisenfeld.

S. Henricus ex antiquissima & nobilissima Auenspurgiō ſeu
vt alij tradidere, Rietenburgensium dynaſtarum, quorum tamen
idem eſt genus, familia oriundus patrem habuit Babonem illum
polytecnō & quadraginta vti Stemma docet, liberis felicem duo-
bus inquam & triginta virilis stirpis, octo muliebris e duabus uxori-
bus ordine duc̄tis: anno c. 12. x x x. defunctum, auum itidem Ba-
bonem anno nongentesimo nonagesimo quinto rebus humanis
exemptum, proauum Bertholdum atauum Arnulphum Comitem
Schirensēm, abauum Arnulphum Ducem Boiorum & Carinthiæ
e quibus prognata quoque eft stirps Serenissimorum Principum
Boiariæ qui hodiéque imperant. Matrem Bertham dixere S. Leo-
poldi Austrij filiam Ratisponæ in Scotorum æde conditam. Henri-
cus condito V Valderbachio cœnobio, relictā patria paternisque
bonis, supplicabundus Hierosolymam petiit, aliāque miraculis in-
clita per orbem Christianum loca religiosissimè inuisit, ac tandem
redux Ebertzhusij haud procul Mainburgo æger decubuit ac piam
Deo conditori ibidem reddidit, eodem loci humatus eft. Haec pa-
rochus Geisenfeldensis: qui vehementer laborat vti ſacræ eius
reliquiæ Geisenfeldium transferantur, majorēque
cultu afficiantur.



S. LOY.

S. LOYBRIGVS

NARISCVS SVVANDORFENSIS.

BABONIS & hic filius, Henrici frater, dynasta Rie-
tenburgicus, ob vitæ innocentiam & prodigia in
numerum cælitum relatus. Vixit Schvandorfij in
prolixo millario ad sextum ab Ratilpona lapi-
dem humatus, & per omnem Ger-
maniam cultus.

Avent. I. 7. p. 829.
Laȝ. I. 7. p. 368. in
genal. Comitum Ru-
terburgianorum.
Hund. Stem. I.
In Neuburgenſi agro
Palatinatus superio-
ris.



S S. GVNDE.

S. GVNDEKARVS II.

PONTIFEX EYSTADIA-

NVS.

CIO. LXXV.
IV. Non. Aug.
Brisch. in Episc.
Ex. miss. seu indice
Episc. Eystett.
Graf. in Catal.
Episc. Eystett. p. 454.
Graf.

Genold. in geneal.
Princ. Basar. gen. IX.
Grafen von Ba-
lein.



VNDEKARVS (quem & Gundakarum, Gundechar, Gunzonem & Gundecardum dicunt) patrem habuit Reginherum; matriis nomen intercidit: sotorem Tutam, ex qua intelligo illum nobilissima & antiquissima Nassauiorum dynastarum ac principum familia ortum. Fuit enim haec ipsa Tuta (nisi me omnes conjecturæ vero proximæ fallunt) soror Gundekari, yxor Othonis I. Schirensis reguli Palatini Bauariæ, à quo nostri VVittelspachij, qui hodie Boijs imperant descendunt. Suscepit is ex Tuta Nassauensis dynastæ filia Othonem II. Arnulphum Dachauiensium proximum conditorem, & Conradum à quo Comites Phalaini.

Ratio temporum prorsus consentit. Nam Otho iisdem temporebus vixit & CIO. XL. obiit. Gundekarus CIO. XIX. est natus, nec soror potuit multò vel ante vel post nata fuisse. Nec cadunt ista in Gundekarum primum, è seruo natum, æditimi Babenbergis filium, qui non tam diligenter sororis humillimæ mortem annotasset, nec patris obscurissimi diem fatalem illustrasset.

Gundekarus primum apud Augustam Nemetum Henricoregi (quem postea Germani quartū ex Henricis numerarunt, Italiterum, quod Aucupem primū prætereant) ab intimis cōsiliis fuit Hagne matri eius sanctissimæ & religiosissimæ matronæ & Imperatrici ab sacris, cuius opera Gundekarus Gebardo, quem Victorem II. Roma pontificē habuit, in Eystadiano pontificatu successit. Quanta autem celebritate initiatus fuerit, ipsum Gundekarum narrantem audiamus. Post istos autem (syllabum omnium Episcoporum contexuerat) eiusdem S. Aureatensis Ecclesi Gundechar fratum vlemus, sed tamen tunc temporis dominæ Imperatricis Agnetis Capellanus, in hanc secundum XII. Kal. Septembr. subnotatis Episcopis presentibus Luitboldo Moguncianensi Archiepiscopo, Guntherio Babenbergensi Episcopo, Anselmo Lucensi Episcopo, Triburia est annulo inuestitus, & III. Non. Octob. istius autem subnotatus Episcopus presentibus Luitboldo Moguntino Archiepiscopo, Amone Colonensi Archiepiscopo, VVidone Mediolanensi Archiepiscopo, Gebardo, Ratisbonensi Episcopo, Arnoldo

noldo VVormaciensi Episcopo, Chnonrado Spirensi, Hecilone Straßburgensi, Rūmaldo Constantiensi, Vietmaro Curiensi, Dieterico VVirtunensi, Ermenfrido Situnensi. Udalrico Papiensi, exceptis abbatibus & alio multo clero virga pastoralis sui ipsius cleri, militiaeque & etiam familiæ communia laude & voto sp̄rægl honoratus, & XVI. Cal. Nouembr. in sedem episcopalem De gratia est inthronizatus. In die autem S. Ioannis Apostoli plus ceteris Deo dilectis in loco qui dicitur Pfolede, ad summum gradum prouectus est sacerdotij. Interfuit etiam sua consecrationi dominus eius quartus Henricus rex, & eius mater dilecta Agnes Imperatrix eius Augusta, cuncta ad eius ordinationem necessaria disponens pro Capellano, quasi deberet pro filio. Interfuit etiam eidem consecrationi dominus Hildebrandus S. Romanae & apostolicæ sedis Cardinalis subdiaconus, tunc temporis in has partes ad regem Henricum Apostolica legatione functus. Insuper etiam affuere, jam prefati Episcopi confratres fraternalm & benignum in ordinando præbentes auxilium, Luitboldus Mogontinus Archiepiscopus, Engelhardus Magadeburgensis Archiepiscopus, Adalbertus Bremensis archiepiscopus, Rūmalodus Constantiensis Episcopus, Chunradus spirensi, Cuntheri Babenbergensis, Hecil Hiltenesheimensis, Immeto Podelbrunensis, Sto Verdunensis, Bruno Mysnensis, VVoffo Merseburgensis, Anshelm Lucensis, Ermenfridus Situnensis, & unus de regione quæ dicitur Bolani.

Polonia.

Colligit dein omnes in summa: In designatione, inquit, eiusdem pontificis Gundekari aderant IV. Episcopi: in susceptione virgæ pastoralis XIV. in ordinatione vero XIV. XIIII. Kal. Septembr. erat designatio III. Non. Octob. virgæ pastoralis suscepit. XV. I. Kalend. Nouembr. in thronisatio VI. Kalend. Ianuar. episcopalis consecratio.

Agebat tum cum consecraretur, annum octauum & trigesimum, cu priori anno esset designatus & anno c. 10. xix. ferijs S. Lauretiij natus. Dedicauit in pontificatu suo ædes sacras & ædicularas præter altaria, centum sex & viginti, quod vix memini de alio legere. Inter quas fuere principes Augustana æterne Virginis anno c. 10. lxxv. quā cu Embricone Augustano & Ruthardo Taruisensi consecrauit, uti & post ibidem DD. Afræ & Vdalrici anno c. 10. lxxi. cum eodem Embricone & Ellenhardo Fruxinensi amplissimum templum inaugurauit. Fuit Gundekarus in concilio Moguntino cum delectis Patribus aduersus Carolum Constantiensem sacrilegi ambitus reum ibidem exaucitoratum & in ordinem redactum. Vixit Gundekarius anno c. 10. lxxv. iv. Nonas Sextiles, conditusque est in sarcophago suo S. Ioannis à se posito. Enituit viri sancti potissimum Christiana modestia & summa animi demissio, cum in scriptis suis se non nisi peccatorem appellat. Declinavit ipsa per opportuna morte

S 2

Anno C. 10. LXXI.
in Catal. Epis. Eyzlet.
p. 450. & seq.

morte schisma Henrici IV. in quod paullò post aperte erupit. Multa post deceplum & ingentia patrauit miracula, quæ compendio narrat noster Gretserus his verbis: Post mortem miraculis sanctimoniam vitæ comprobauit, maximè anno salutis 110. CCCIX. Eiusmodi miraculorum index describitur in continuatione libelli Gundekariani, qui continet narrationem de curatis claudis, mutis, surdis, coecis energumenis seu à dæmone obseffis, paralyticis nephriticis, strumosis, mortuis vitæ redditis, & id genus aliis; quin & vino quo sacra lipsana abluta fuere, & oleo quod inde manauit, multis salus obuenit: nam supradicto anno in Septembri exhumata sunt ossa Gundekari pontificis, & ex loco ubi minus decenter tumulata fuerant, ad aliud honorificentius sepulchrum translata prius vino reuerenter lota. Cæterum antequam ossa secundo sepulchro inferrentur, oleum tam de ossibus, quam de superiore matroneo lapide sepulchri visibiliter emanauit, inquit continuator. Quod Philippus Eystetensis præfus duobus calicibus aliquando exceptit & ad multorum medelam conseruauit. Idem olei fluxus repetitus est feria IV. post festum D. Michaelis ab hora precum matutinarum usque ad tempus pomeridianum; idque in locis distinetis marmore saxi quo tumulus tegebatur. Vino quo sacra reliquia fuerunt abluta hoc, inter cætera, miraculum patratum est, quod ijsdem verbis recitabo, quibus ab initio scriptum est: Henricus famulus honorati viri magistri Udalrici præpositi Spaltensis, cum quadam die Sabbathi, post festum pasche, nunc transactum, nullam omnino corporis debilitatem sentiret, & sanus de nocte sè ad stratum suum deponeret, guttur ipsius adeo magnum tumorem & dolorem contraxit, quod in mane nec delecto surgere nec absque maxima difficultate loqui poterat. Cumque dominus Rudigerus episcoplebanus pro quadam cautela vocatus cum Eucharistia venisset ad eum, & ipse famulus cum multa sibi difficultate peccata sua confessus fuisset, timens idem plebanus & alij, qui presentes fuerunt, ne forsitan in breuij uru contingere suffocari, ea celeritate qua potuit Sacramentum ei Eucharistie ministravit. Sequenti verò die videlicet feria II. mane prædictus tumor in gutture ipsius adeo inualuerat, quod idem famulus orationem loquendi potentiam penitus amiserat, nec verba sua ab aliquo intelligi poterant vel audiri, ita quod per solum capitum motu vel nutrum suum insinuauit quodammodo voluntatem. Quod audiens ipse Prepositus de vino in quo ossa gloriosi pontificis Gundekari lota fuerunt, ad os ipsius fundi sibi modica quantitate mandauit, & statim ipse famulus quendam ex hoc dolorem prætendens loquitur caput, per potum quem sumpserat, sè omnino afferens liberatum. Et dum sibi per astantem familiam diceretur, quod de vino ablutionis Gundekari præfus sumpserat, in continentu cum magna deuotione sepulchrum ipsius

ipsius deinceps quanto posset frequentius, se visitaturum promisit; & qui prius nec lingua mouere, nec se de lecto erigere poterat, cibum sibi dari petijt, & ad huc memoratum sepulchrum visitans, die crastino, hoc est feria III. mane sanus & incolmis ad excernendos labores consuetos accessit. Hoc ex quinquaginta sex Gundekari miraculis isto loco recitasse sufficiat. Videtur autem Gundekarus memoriam mortis serio coluisse; quandoquidem tam diligenter annotauit nomina pontificum & episcoporum, quotquot tempore Episcopatus sui in imperio supremum diem clauserant. Extat iste Catalogus in libro saepemorato hoc praefixo lemmate: Hac sunt nomina episcoporum semper in Christo Sanctorum ac felici memoria post nostram ordinationem defunctorum, hoc est, ab anno Christi

CIO. LVII. usque ad annum CIO.

LXXV.



S 3

B. M. THE-

I A V M - B

B. M. THEODVINVS

E REGIA BOIORVM STIRPE PONTIFEX
LEODIENSIS.

*Clo. LXXV.
IX. Cal. Quintil.
Aegid. aurea Pallia
relig.
Ioan. Chapeauill, in
Episc. Leod. t. 2.
Aegid. Buecherius in
eisdem.
Acta abbatum s.
Laurentij*



On est hic Theoduinus in sacras fastorum tabulas re-
latus, sed cum scriptorum veterum auctoritate pietas
eius singillatim commendetur, praesertim eximus in
Dei matrem & virginem cultus, amor & veneratio,
non judicauit silentio prætereundum. Creatus est
Leodiensis antistes Theoduinus anno c. 10. LXIII. VVazoni suffe-
ctus. ecclesiae Hogeni æternæ virginis dicatae quindecim Canoni-
cos, cum totidem ante haberet, adiecit, totamque à fundamentis
instaurauit, ibidemque S. Domitiani pontificis corpus collocauit.
& cum Lychtberto Cameracensi postea Diuus adscripto, nouamæ-
dem reginæ cœli Dei matri, & Domitiano initiauit anno c. 10. LXVI.
Posuerat hoc olim D. Maternus, sed temporum vetustate, quæ con-
sumit omnia, planè consenuerat. Hic Theoduinus in actis Abba-
tum S. Laurentij *placidum* Leodiensis ecclesiae appellatur *Sidus*.
Multam miranda dictu factu euenerat Theodozio pontifice Leodij,
praesertim in æde SS. Lamberti & Remacli, Rutis præterea apud
Tungros cum dedicaret B. Emmerammo ædem à VVederico præ-
side monasterij Borceti conditam. Ejusdem æuo S. Iacobi Apo-
stolibrachium, & è Bartholomæi, sanctique Sebastiani & Pancra-
tij M. M. reliquiis multa sunt è Galicia Leodium delata, quo die
nullus jucundior Leodiensibus dies apparuit. Narrantur inde pro-
digia ad sacros Diuorum pulueres facta. Delata eodem tempore
Leodium fragmen de viætrici S. Crucis arbore, déque S. Laurentij
cineribus. Religiosissime defunctus est Leodij anno c. 10. LXXV.

*I. Calend. Quintil. & ingenti omnium veneratione in Ho-
gensi æde, nobili mausoleo con-
ditus.*

B. MVRI-

B. MVRICHERODACHVS

CLAVSVS.

Muricherodachus domo Hibernus, è veteri Scotia profectus, anteuertit Marianum popularem suum, priusq; omnium fuit, qui ex eagente Reginoburgum in Boiariam peruenit, ibidemque apud superius Virginum cœnobium æterno clausus ergastulo, in votis & precibus summâque vitae seueritate ad multam ætatem & extremum usque diem perseuerauit. Venit interim ex ejusdem viri diuini patria & municipio D. Marianus (quem infra huic, suo loco, annisque succenturiabimus) qui religionis caussa Romam petebat. Sed cum Reginoburgum venisset, & de sua peregrinatione B. Muricherodachum tanquam certum oraculum consuluisse, respondit iste, quærendum ex numine per ieunia & suppicia, expediânte ad urbem pergere, an inibi Reginoburgi pedem sedemque figere. Sub eandem noctem dum Marianus in lectulo pauxillum fessa preculabore membra deponit, quietemque captat, diuinitus oraculum accipit, eo in loco sibi tota reliqua vita persistendum, ubi illum sol exoriens primum deprehendisset. Postridie prius quam dilucularet, ad iter cum duobus comitibus Ioanne & Candido accinctus, Muricherodacho & cæteris familiaribus salutatis, Romam versus alacer ingreditur, sed iter more suo ab auxiliis diuinis & precibus auspiciaturus ædem D. Petri consecrati, quæ extra Reginoburgum pomerium est, ubi postea D. Mariani corpus est humatum, adit, precatürque D. Petrum ut ipsius auspicio ab Reginoburgico templo D. Petri, ad Romanum eidem dedicatum feliciter progrediatur. Finita dein comprecatione limina templi egressuto clarissimum solis jubar exortum obijcitur, cum ille nocturni mox oraculi memor, statim in genua cum sodalibus dejectus, grates Deo gratissimo animo meminit, quod illi locum vitae & mortis, ubi illum defungi vellet, ostendisset. *Hic, inquit, requies mea in seculum seculi.* hic tremendum Dei ad decretorium usque diem tribunal expectabo. Quod ubi sacris virginibus & antistitiae Hemmæ renunciatum est, Marianum coelesti significatione admonitum, ut ad S. Petri extra muros per omnem vitam moraretur, ædem illi factam D. Petri & aream ponendæ mandræ, annuente Henrico Imperatore, quem IV. numerant, concessit. quam voluntatem Augusti Imperato-

S 4 ris in

CID. LXXX.
circiter.
Monumenta Ratib.
M. S.
Francis. Grienwald
Buent. p. 614. edit.
Inq. ubi Muricherodachus appellatur.

ris in D. Mariani vita tabulis consignatam leges. Addiderunt ciuium religiosiores & liberaliores de suo, ut ædificium Mariano penerent, locumque pluribus colendum apparent. Inter quos Bezelinus cælesti amore flagrans magnam operam ære suo contulit, ut justum cœnobium, quod plures caperet, conderetur. Quæ fama ut in Hiberniam est delata, magnum piorum juuenum, virorumq; numerum exciuit, vt se Mariano in eodem contubernio conjungerent. Et cum eorū copia adeo excreuisset, ut multi, nouis quotidie colonis aduentantibus, loco excluderentur, natum inde est alterum Scotorum, in ipsa urbe Reginoburgi domiciliū S. Iacobi, quod hodièque visitur. Et ex illo plura alia Heripoli, Viennæ, Lystdij, Noribergæ. Ita D. Muricherodachus tot in Germania cœnobiorum Scottis seu Hibernis conditorum quasi primum fundamentum, primusque in omnibus lapis fuit, quamuis ipse è suo spelæo nunquam fuerit egrederetur, sed virtutis fama vitæq; sanctioris odor nullis claustrorum repagulis continetur; imò quo ar-

Etius custoditur, hoc latius diffunditur.



S. GEB.

S. GEBHARDVS
ARCHIEPISCOPVS SALISBURGENSIS, PRIMVS
LEGATVS PER GERMANIAS APO-
STOLICVS, EX QVO POSTE-
RI NATI.

Mnes equestri apud Sueuos loco natum scriptores do-
cent, sed familiam prope nemo attingit. Hundius
Helfensteiniam in metrop. edit, sed insignia elephan-
tum exprimentia Gebhardo non assignantur. In syllabo
M. S. Salisburgensium gentilitia imago apparet a est
clypeo bipartito, quorum altero tres atri leones antiqua principum
Sueviæ ab auita Truchsessorum familia retenta & expressa imago
est, altera gemini rhombi acuminati, ruber in spacio candido, can-
didus in rubro: Conditor vitæ S. Eberhardi & sectator ac discipulus,
Gebhardi patrem Chaldoldem, matrem Azalam indiget. Cres-
centes pueritiæ annos Musis initiauit, adolescentiam sacris jam tū
literis consecrauit. A teneris magna animo concipiebat, & de mo-
liendis cœnobii non vana consilia agitabat. Adolescens patriam
cum Altmanno & Adalberone æqualibus & familiarissimis fugita-
bat, ipsoque in itinere, dum ad salientem omnes residerent, pran-
diūmque è peris, fragmina panis, inquam (tanta erat æui frugalitas)
expedirent, in sermonem de futuro cuiusque statu, ut si delapsi
sunt. Altmannus se Batauis Boiorum pontificatum suscepturnum,
& inde cœnobium conditum affirmabat, vbi supremum mundi
diem & tubam cœlestem esset expectaturus. cum Adalbero subje-
cit se Virzburgensem velle antistitem fieri, inibique domicilium
religiosis viris constituere, vbi & ipse Deum omne genus huma-
num ad ultimum tribunal citantem exaudiret. Tum noster Geb-
hardus. Ego vero, inquit, Iuuauiensis pontifex creatus S. Augusti-
ni Sodalibus contubernium ponam, vbi fatalem mundi diem præ-
stolabor, ut orbis dictatori vocatus sis. Hæc ab optimis adoles-
centulis optima mente per jocum & risum prolata, cœlum rata vo-
luit. Vbi adoleuere, Altmannus Batauis Boiorum consecratus e-
piscopus Tothuuienense asceterium excitauit. Adalbero Lamba-
cense, Gebhardus Admuntense ædificauit.

Ex ephe.

c. 13. lxxxvii.
xvi. Cal. Quintil.
To. 2. § 6. ann. lect.
Nos in S. Tyemene.
Hand.
Avent.
M. S. Catal. salub.
Archiep.
Chron. Reichenb. ana-
no 1084.
Baron. annal. xl.
xvi.
Cal. Quintil.

Ex ephebis inde cum excessisset, magnaque virtutis, ingenij & eruditionis laude floreret, à ciuili statu ad sacrum & togatum, annum applicuit, gradumque per ordines ad sacerdotium fecit IV. Nonas Martij c. 10. l. v. à Baldvino Iuuaniensi archiepiscopo sacris initatus, ab Henrico Imp. quem Romani scriptores alterum, Germani tertium numerant, in palatium translatus, sanctiori in aula ordinis præfetus est, quoad Baldvino anno c. 10. l. x. per mortemā sede & vita depulso, totius consilij sacri suffragatione Gebhardus metropolis Salisburgensis electus, ab Henrico Imperatore fiduciariam prouinciam per anulum & lituum quæ ad ciuilem administrationem pertinent, accepit, & ab Adalberone VVirzburgensi præfule Salisburgum festa cum ceremonia deducetus, eodem mense xii. Calend. Augusti, presentibus Gebhardo Ratisponensi, Engelberto Batauiensi Ellinhardo Fruxinensi, Altouino Sabionensi, Guzone Eystadiano, sanctissimis sacris arisque visitata solemnis consecratione admouetur, & ab Alexandro inde Pont. Max. sacris archiepiscopatus insignibus ornatur. Anno dein XV. post acceptam sedem paratamque dotem, non immemor voti dudum concepti, cœnobium Admontenem molitus, primum de loco solitus, non ignorabat religiosis viris ab omni tubarum strepitusecessum conuenire. Circumspecta prouincia, occurrit vallis intra salutis Boiorum & Anassum amnem, quam ab omni regione juga montium prope cælo mixta ad modum amphitheatri cingunt. Abundabat ipsa quidem rebus ad victimum & cultum necessarijs, sed aditus habebat tam arduos & angustos, vt neque junctis equis neque curribus eslet accessus, clitterarijs duntaxat jumentis singulis via patebat. Ergo dubius animi diu pendebat, admittere neciasperitas humanum cultum. Habitabatur quidem vallis sparsis colonorum tuguriis, nec ipsa erat inculta, sed templum & cœnobium moliri, saxum, cémentum, materiam inferre erat perdifficile. Pleraque tamen hæc omnia rupes ipsæ suppeditabant. Silua erat in promtu, lapis cædi poterat, alia importari. Lucas ipse erat in archiepiscopi prouincia. Priusquam tamen ædis sacræ fundamenta jaceret, triduo toto ab omni cibo potionēque abstinuit, vt numinis impetraret nutum, quid fieri placeret. Hærentem adhuc & cunctantem præfulem, repente cunctis, qui antistitis latera cingebant, obstupesceribus in medium prodit, cui natura linguam & aures præcluserat, Heusantistes, inquit mutus, tum tantum dissettus. Tum est inchoare, Dei consummare, nec verbum addidit postea, nec villum antea pronunciarat. Demum ybi Gebhardus in cælum abiit,

abijt, tum hic idem elinguis & surdus ad ipsius sacram vnam fari
cepit & fantes exaudire. Ergo Gebhardus è muti oraculo de Dei
voluntate certus, sacram ibi familiam D. Benedictò instituit, ædem
sacra supellectile ornauit, dote æterna pro habitu loci locupletauit.
Arnoldum è S. Petri Salisburgensi contubernio ab Reginoualdo
præside, qui nouis ibi sodalibus præcesset impetravit, cui loci asperi-
tatem & inopiam non ferenti Isingrinum suffecit. Idem Gebhardus
biennio antè, cœnobium Virginum Gurcense apud Caranta-
nos Episcopio, bona Alexandri Pont. Max. venia, permutauit.
Quod latius funderetur populus ipsius ditioni subiectus, quām
ipse commodè vel incommodè etiam posset obire. Primum ibi
Gunterum Episcopum pridie Non. Maias c. 13. l. xxi. Altuino Bri-
xiniensi, Ellenhardo Fruxintensi, Candiano Istro, præsentib. & con-
secrantibus Altmanno Patauiensi, Othone Reginoburgico absen-
tibus sed voto suffragantibus initiauit, legibus à pontifice dictis,
vt Gurcensis ipse semper in potestate esset archiepiscopi Iuuatiensi.
Natis dein inter Pontificem & Henricum Imperatorem dissi-
diis, & pulso Gregorio sanctissimo viro, subrogatoque per Cæsa-
rem VVichpero Rauennatum antistite, ex omni Germania non
nisi quinque præsules pro getmano stetere pontifice, reliquis om-
nibus turbine quodam ciuilis tempestatis in Cæsaris partes abre-
pus. Gebhardus, Altmannus, Adalbero, Hermannus, Meginuuar-
dus, Salisburgensis, Batauiensis, VVirzburgensis, Metensis Fruxi-
nensis, in fide permanvere, quo ferè tempore Gebhardus aduersus
prædones & grassatores tres arces excitauit, & muniuit, Salisbur-
ensem, VV erfensem, & Frisiensem. Qua re cum Cæsaris ani-
mum exulcerasset, Reginoburgum addicendam causam ab Hen-
rico citatus, noluit nisi dato commeatu, publicaque fide compare-
re, nec cùm cōparuisset, quicquā secum transigi passus est, nisi per
annos proximos ablata sibi restituerentur. Nam & quæ apud Pan-
nones prædia bonaque habebat, subducta erant, & alia per Cæsa-
reos direpta, quæ repetebat Gebhardus, sed cum diu multumque
inter arbitros & præsulem res agitata esset, nihilque pro stomacho
Gebhardi responderetur, rursum qua venerat discessit, & mox in
exilium abiit, ne per vim Cæsaris acta, quæ pontifex damnarat, pro-
bare cogeretur, nouemque annis extorris, partim apud Sueuos
partim Saxones traduxit Bertholdo interim ab Cæsare suffecto, qui
velut immānis quædam fera per ouilia grassatus, Admumentense
cœnobium adeò afflixit, vt propè ad solitudinem redegerit. Hoc
enim semper inter veros & spurious pontifices discrimen fuit, vt
quod

Præl. Id. Octob. 2078.

quod illi sancte pieque instituerant, hi impiè nefarièque perderent.
Non tulit diutius Bertholdi grassatoris sacrilegia cælum, quod Geb-
hardum respexit. Legitimus quippe pontifex ab exilio per Engel-
bertum dynastam aliosque proceres & totum populum Salisbur-
ensem, comitatibus Altvino Batauiensi, Meginardo Fruxinensi,
frequentissimòque sacrorum virorum ordine, postliminio redu-
ctus sedem recepit. & infessores proscripti biennitumque prouixit.
Huius soror Dietberga & V Verenherus improles Reicherspergen-
ie castrum Deo & prætori cælitum Michaeli consecrarunt, ædemq;
sacra religiosis viris in S. Augustini leges & verba juratis condic-
runt. Post diem vxoris extremum, V Vernherus seipsum quoque
abdidit, donec solitus vinculis corporis liber in cælum euolaret.

Ipse porro Gebhardus columen Germaniae, anno duodeno-
nagesimo maximorum laborum, constantiae, patientiae, exilij, for-
titudinis praemia in caelo recepit, anno C^{irca} LXXXVIII. ^{ad} XVI. Cal-

Canis. p. 2236. S. 3. Quintil. hunc enim annum in eius vita auctor signauit; quamuis Hundius anceps, etiam c. 10. xci. annos notarit.



S. MARIA

B. MARIANVS

SCOTVS SEV HIBERNVS E S. BENEDICTI CON-
TVBERNIO RATISPOÑÆ AD CONSECRÄ-
TVM PETRVM EXTRA PO-
MERIVM.

Hic mihi, Lector, primum omnium ab errore deducen-
dus es, in quem complures, ducibus ferè Auentino &
Eisengreinio deflexere, cum hunc Marianum Hiber-
num cum altero cognomine nobili chronographo
confudere, decepti pluribus causis; quod & eodem
seculo ijsdémque annis & Cæsaribus vterque vixerit, & vterque scri-
pserit, & vterque sanctitatis famâ floruerit, quodque vtrique ea-
dem patria, idem nomen fuerit. & quis non vnum, rem leuius in-
spiciendo, fuisse jurarit? cum etiam mors vtriusq; pñne in eundem
annum concurrerit, quando chronographus anno ^{c. 10.} LXXXVI.
alter hic noster biennio post alterum sit insecurus. Cæterum duos
planè diuersos fuisse primum ex Chronographo constat, qui de se-
ipso anno ^{c. 10.} LVII. tradit se Calendis Augusti Coloniæ in mona-
chum attonsum fuisse: atqui noster Coloniæ nunquam vidit, vt
ex infrascriptis eius actis demonstrabitur. Idem Chronographus
anno ^{c. 10.} LVIII. ut ipse de seipso testatur, Fuldam venit, ibique de-
cem annos latebra inclusus posuit; noster hic Marianus ad illas par-
tes nunquam aspirauit. Chronographus demum Moguntiam
contendit, atque rursus ^{xix.} annos ab omnium hominum socie-
tate exclusus, solus & clausus usquead obitum durauit, vt in appen-
dice ad Marianum anno ^{c. 10.} LXXXVI. consignatum est. Noster
Ratisponæ apud S. Petrum Consecratum ad vrbem conditus ma-
gnis fulsit miraculis. Ille diuinæ & naturalis sapientiæ antistes &
interpres, matheseos etiam gnarus, omnis antiquitatis peritus, hi-
storiographus fuit, multa volumina suopte ingenio composuit e-
didiisque, ex quibus chronicon opus hodieque in manibus est. No-
ster homo quam sanctus, tam simplex fuit, nihil è suo ingenio de-
promisit, nisi quas è SS. quibusdam Patribus symbolas ad psalmos
collegit, librius duntaxat aliena volumina & sacra potissimum
transcripsit. Plura, si tamen opus pluribus, discrimina in ipsius nar-
rationis

T

rationis

^{c. 10. LXXXIX.}
vel sub hoc tempore.

rationis decursu apparebunt. Marianus ergo domo Scotus sive Hibernus, nam vetus Scotia eadem est cum Hibernia, quod omnes geographi docent, quæ per se insulam efficit, altera autem est Britanniae insulæ quidam angulus de qua hic non agimus. Hibernia autem duplex jam olim nomen tulit, ut hibernia & Scotia dicuntur. Ex qua cum Ioanne Candido, alijsq; eiusdem instituti sodalibus profectus, Reginoburgum sub annum Christi c. 10. LXXXI. venit, ibique cum suis comitibus à veneranda sacrarum virginum anti-stita primùm Villa, dein Hemma apud superius cœnobium Virginum Ratisponæ receptus est, oraculóq; monitus ab eo loco quoad vixit discessit nunquam. Quis porro vir fuerit Marianus, quomo-do otium occuparit, quid egerit, vixerit, gesserit, ex antiquis placet chartis & monumentis, paucis vel emendatis, vel detractis, qua temporum rationem perturbant, referre.

*Principum binicum,
sed non desideratur
nisi fortasse una vox
Circa.*

(Circa) tempora p̄ij Imperatoris Henrici (quartum intelligit, non semper pium) Maioris, de finibus Hibernie, fraternitatis dictæ quidam vir sanctus simplex, nomine Marianus decoro vultu, crine nitenti, & ultra communem hominum valentiam forma erat speciosus, diuinis ac humanis literis, talique eloquentia erat prædictus, ut spiritum Sanctum per inhabitantem gratiam in eo esse nemo eum videns dubitaret. Duosque comites sibi per omnia similes viros sanctos Ioannem & Candidum secum habens Ratisponam prospere itinere venerunt, ibidemque opitulante diuina misericordia tanquam veri Christi peregrini à veneranda matre peregrinorum abbatissa Hemma nomine, filialiter sunt recepti. Sed cum postea ibidem ultimum diem expectare decreuerant, tantam scribendi gratiam B. Mariano diuina prouidentia contulit, quod multa ac prolixa volumina tum in superiori quam in inferiori monasterio ad honores reverentiamque primæ & summe Virginis & sanctorum Virginem ibidem commorantium rogatu & intuitu æterna retributionis veloci calamo prescripsit. Nam ut veraciter dicam sine omni fuso verum, inter omnia gesta quæ diuina misericordia per eundem virum operari dignata est, illud magis laude & admiratione dignum judico, & admirans admiror, quo iste homo sanctus, vetus ac nouum testamentum cum commentarijs & expositorij suis codicibus corundem librorum, nec semel nec bis, sed sæpen numero æterna promercede in tenui habuit & subtili viciu, tunc proprijs fratribus cum in superiori, tum in inferiori monasterio, qui pergamenam parabant ad intus, propria manu prescripsit. Eodem quoque tempore multos libellos multaque manualia psalteria viduis indigenibus, & clericis pauperibus eiusdem ciuitatis pro remedio animæ sua sine cura pro mercede idem scriptitauerat.

Præterea alio modo propalatur Dei misericordia, quia multæ congregations monasticæ ordinis, quæ fide & charitate ac imitatione B. Mariani sunt derivatae

te de finibus antelatae Hiberniae, VVauuariam & Franconiam peregrinando habitantes ex maiori parte scriptis B. Marianii fulciuntur. Aliud in eodem sancto patre commendans commendō, quod ultra modernorum hominum tempora prout mihi post Isaac, qui centum & viginti annis vixerat, eius contemporaneus, & qui sua subditione & obedientia degebat, non sine lachrymis mihi sape resebat. Quia sicut S. Moyses mitissimus hominum, qui terram inhabitauerant, eadem per omnia simillimus erat S. Marianus. Deinde quod attinet dicere, quot hominum species, quot varijs languoribus oppressos, & praeципue febribus anduis a veris relationibus propriisque oculis ad sepulchrum eius sanctitate restitutos viderim? juxta cuius sepulchrum cum quodam die verba jocosa, plus inepta letitia quam religioni attinentia inter se fratres alternarent, odor suauissimus, quasi de floribus paradiſi de sepulchro exhalans, nares & aures loquentum inutilia perflauit, eo quod solūmodo seria & edificatoria verba resonantia diuinā laudes ibidem iterari deberent. Eiusdem temporibus in inferiori monasterio ad revelationem & honorem huius virifelicitis quoddam miraculum dignissimum accidit. Nam quadam nocte, cum idem ipse vir B. Marianus quoddam nescio quale diuinum volumen in inferiori monasterio cum luminibus sicut erat solitus, scriberet, contigit negligente custode eiusdem Ecclesie, lumina sibi non præbente; ipse tamen sine omni luce materiali scribere non habuit. Quoniam diuina misericordia tres digitos manus sinistram ad instar trium lampadum accenso habebat, & ipse incepit opus vitali lumine cœlesti, incessanter peragebat. Cumque Ecclesia eiusdem sacrista ad mentem reuocaret, quod luminaria sancto virō demore non detulisset, surgens de lecto assumentis sibi alias virginēs ad cellulam viri Dei accedentes per rimas ostioli cellulæ in qua B. Marianus sedebat, digitos eiusdem ardore, candelamque tandem cœlesti luce quasi radis meridiani solis lucere respiciunt. Quo miraculo Virgines perterritæ ac tali prodigio tremefactæ domine abbatissæ ac ceteris virginibus sacris rem ordine pandunt, ac res talis tamquam miranda clero ac populo Ratisponensi mirifice prædicatur ac circumstantibus eiusdem urbis fidelibus, varijs præconibus tanquam latissimus rumor pafsim enunciatur.

Hæc ex chartis Reginoburgensibus; in quibus præterij, quod de Othono Babenbergensi pontifice traditur, Marianū priusquam Boiarium attingeret, venisse Babenbergam ad S. Othonem Episcopum cum Otho anno c. 10. c. 11. creatus fuerit antistes Babenbergensis duos & triginta annos demum post Mariani aduentum. Scriptori inde erroris nebula offusa, quod eodem tempore quo Marianus Reginoburgum accessit, Otho Babenbergensis olim Canonicus Episcopum Ratisponæ egerit. Auctor, cum Othonis nomen haberet, & Babenbergensis; disiuncta conjunxit, & ex Canonico Babenbergensi & Othone episcopo fecit Othonem episco-

Membrana Baben-
berg. in Catal. Ep. sc.
p. 32.

pum Babenbergensem. ac si dicas S. Bernardus fuit Castellionensis idemque abbas; fuit ergo Castellionensis abbas. Tempora porro Othonis Reginoburgensis pontificis cum annis Mariani quibus Reginoburgum venit, ibidemque versatus est, ad punctum conueniunt. Creatus est Otho antistes Ratisponensis anno c 10. lx, extictus anno c 10. lxxxix. Marianus anno c 10. lxx. Ratisponam delatus anno c 10. lxxxviii, diem clausit extremum. De aduentu Mariani cum socijs, & VVilla virginum maxima, & Othonem Ratisponensi pontifice mentio sit in tabulis Henrici II. Imperatoris, quem quattuor dicunt: quas hic lucis aperiendae causa subiicio.

Bund. p. 267.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus, omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus notificamus ac manenti memoria committimus, qualiter tempore Ottonis Ratisponensis civitatis Episcopi quidam Scotigena pro cruciando corpore, saluandaq; anima, patria suâ exulauerant, ac diu orationum loca visitantes Ratisponam tandem venerant, qui dum licentia predicti Episcopi assensuque dominae abbatisse VVille, quem apud S. Mariam in monasterio superiori praeerat, Ecclesiam in VVihen S. Petri vulgo dictam, ad idem superius monasterium attulatam, ministerio orationis prouidentiam susciperent, mox officinas claustris adiutorio bonorum edificant, monachorumq; vitam inibi celebrant, & ab eleemosynis fidelium tantum ibi vicitant, tandem pro Dei misericordia concessum est, eis aliquantulum justitiae & utilitatis ad eandem Ecclesiam pertinens; deinde ad me Henricum De gratia tertium Romanorum Imperatorem venient, & mundiburdum defensionis meæ expetunt. Ego vero petitionibus eorum facile acquiescens in mundiburdum defensionis eos suscepi, & talen liberatem a predicto Episcopo Ottone & abbatisse Hazoga, quem locum S. Marie in superiori monasterio regebat, eis acquisui, ut nulla persona maior vel minor in eos aut in bona eorum qualiacunque dominationem habeant, praeter me & successores meos, reges vel Imperatores, sed securi maneant absque omni electione vel perturbatione orantes profè & pro salute totius Ecclesie. Locus tamen subiectus si superiori monasterio, cui attulatus est potius ad defensionem, quam ad destructionem. Si quis autem huic testimonio libertatis contradixerit, sen eos Monachos peregrinos in aliquo molestauerit 300. libras fisco nostro persoluere constiuit. Et ut hæc auctoritas libertatis firma permaneat, hanc chartam inde conscribi & sigilli mei impressione iussi signiri. Datum est Calend. Febr. anno dominica incarnat. c 10. lxxxix. indictione XII. anno vero ordinationis domini Henrici XXXVI. Imperij quidem anno V. actum Ratisponæ in Dei nomine feliciter, Amen.

Herma-

Hermannus Cancellarius recognoui.

Signum domini Henrici III. Romanorum Imperatoris Aug. &c.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia IV. Romanor. Imperator Augustus. Nouerit omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium nostrorumque vniuersitas, praesentium scilicet ac futurorum, quod pro remedio anima patris nostri Henrici tertij Imperatoris rogatu Scotigenarum, nec non ob interuentum principum nostrorum Alberti Moguntiensis Adelbaldis Magdaburgensis Archiepiscoporum, & Episcoporum videlicet Ottonis Babenbergensis, Vdalrici Constantiensis, Comitum quoque Hermanni marchionis, & aliorum nostrorum fidelium in nostrum mundiburdum suscepimus tutelamque Ecclesiam Ratisbone, que jacet ante portam occidentalem qua Roselint (alias Ruselin) porta dicitur, quam Otto Rittenburgensis urbis praefectus Ratisbone & alij quidam ex ciuibus eiusdem prænominatae ciuitatis videlicet Matho, Vdalrichus, Luduinus, Adelhardus & fratres eius Anebaß, Otto, Henricus, Heselinus & filius suus Ruobertus, Balduninus, Eggehardus, Luduinus, VVizeling, Lutbelbertus, Dietmarus, Engilcalcus, emerunt ab Adelhaide & filij eius Vdalrico & Adebuino & prædio illo quod Monebach nominatur, dotauimus, assensu quoque Hartuudi venerabilis Ratissponensis Episcopi, Friderici aduocati, Ottonis Comitis, Alberti Comitis, Henrici aduocati, Mathonis & aliorum prælatorum eiusdem loci donantes eam sancte Maria matri nostri domini & SS. Apostolis Dei, Petro & Iacobo sicut mos est sanctis traditis sine omnium contradictione, quantum in illorum honore Deo ad seruendum, Ecclesiam ibidem construerent, quod & ita factum esse ab omnibus cernitur, eos si quidem tenore, ut eadem Ecclesia in perpetuum libera permaneat, nec ab aliqua persona magna vel parua ibidem Deo famulantes grauentur, nec quicquam seruilij nisi soli Deo & sanctis eius alieniinde soluere cogantur. Si quis autem hanc libertatem infringere tentauerit XII. libræ auri posturus banno nostrui sobacebit, medietatem cameræ nostræ & medietatem supra dictæ Ecclesie. Quod ut verius credatur, & ab omnibus obseruetur impressione nostri sigilli iustissimus insigniri.

Signum domini Henrici IV. Rom. Imp. iniuncti.

Arnoldus vice Adalberti archiep. & archicancellar. recognoui.

Data VI. Kalend. April. indict. IV. anno dominice incarnationis millesimo centesimo undecimo: anno ordinationis domini Henrici Regis Rom. XI. regni autem eius VI. Imperij vero I. Actum est Goslarie in Christo feliciter, Amen.

Operæ erit & Auentinum audire, qui vtrumque Marianum, vt dixi, nominis similitudine ductus, confundit. *Avent. 2. 2.* Hac, inquit, tempestate D. Marianus Scotus, poeta & theologus insignis nullique suo seculo

T 3

secundus,

secundus, cum conphilosophis suis Ioanne & Candido, Clemente, Donato, Muri-
cherodacho, Magnaldo, atque Iacvo, qui centum vixit annos, in Germaniam
venit. Inde Reginoburgum hi concessere ab Hemma virginum maxima hospi-
tio in superiore monasterio excepti sunt. Villa eiusdem contubernij antistes
templum D. Petri extra urbem, quod VVieichs vocatur, consentiente Ottoni
Episcopo ipsis tradidit. Machtylda inferioris monasterij Zithum ac cerevisiam
tribuit, ipsi ope honorū domicilia sibi construunt: in diem viuunt, docendo &
interpretando sacras literas, scribendo, victum & magnam gloriam conquisiuer,
ob eāmque rem imperator eos immunitate donat n. tutelāmque recipit.

Pleraq; vera; sed hic noster Marianus nec theologus nec poëta inter celebres fuit, nec omnino sacrarum literarum interpres, nisi
quas vt dixi, symbolas ad psalmos collegit, de quibus Auentinus:
Extant Reginoburgij in inferiore monasterio diuini Davidishym-
ni, cum commentarijs in membranis scripti, opus Mariani: eius
præfationem, vt fides fiat, subtexo ad verbum; Anno Do-
minie incarnationis millesimo septuagesimo quarto, Hainrico juvene imperat.
Machtylda abbatissa sancte Marie & sancti Herhardi abbatiam regente, de-
cennoualis cycli X L anno, indictione XII. Marianus Scotus septime peregrina-
tionis suae anno collegit modicas istas vndas, de profundo sanctorum patrum pela-
gos scilicet Hieronymi, Augustini, Caesiodori, Arnobij, & de opusculis S Gregorij:
& profusa anima salute in bonorem Salvatoris Domini nostri Iesu Christi, & eius
genitricis semperque Virginis Mariae & Herhardi Confessoris scripsit, & in unum
librum perstrinxit.

Aedes illa extra pomerium, quæ ab loco D. Petro Consecrato
nomen tulit, hodie nulla est, anno C I O. I O. I I. antistite Georgio
cum alijs nonnullis templis, prætextu belli funditus euersa, & in
ossarium hæreticorum demum conuersa. Atque ita cum ceno-
bio simul memoria B. Mariani pene tota deleta & abolita est,
quam iacturam hæreticis & eorum auctori Ache-
ronti de more in acceptis referi-
mus.



S. VVAL

S. VVALDARICVS

SEV VDALRICVS EX ILLVSTRI BAVARO

MONACHVS CLVNIACENSIS.

Nobile sidus hoc Boiorum post annos demum quingentos & viginti radios famæ & nominis sui, abstersis cæli nubibus exerit, & tanquam illustris Phosphorus dux ignium cælestium agmen sanctorum secum ducit. Tabulis & annalibus Cluniacensibus hanc gratiam debemus, qui nobis memoriam V Valdarici seu V Valadarici seu Vuldarici, variè enim scribitur, à posteritatis obliuione vindicarunt. Hitradunt V Valdaricum Reginoburgi, quæ hodie Ratispona est, regia quondam Boiorum, illustri genere natum, & cum Geraldino Ostiensi post antistite, Cluniacum (quod id temporis fama virorum sanctorum & illustrium inclitum phrontisterium habebatur) profectum, sancto Hugoni præsidij cœnobij sapientissimo (cuius nomen in publicis Sanctorum fastis celebratur) se se in disciplinam tradidisse. Qui docilem V Valdarici indolem ad omnem virtutis laudem informauit. Nam sanctum Doctorem ingenuus & tractabilis discipulus facile tanquam cera mollis sequitur, omnésque virtutis formas, quas in magistro admiratur, in se transfert. Intra breve tempus eos in religiosæ vitæ cultu progressus fecit, uti sacris majoribus initiatus, sodalibus Cluniacensibus ab Hagone medicus animorum & conscientiarum arbiter præficeretur, quantum tractandarum tantus erat artifex, ut raro esset, qui, quantumvis æger ab animo accederet, non sanus & saluus ab eo discederet. Nec incani patres ad eum adire medicinæ experiundæ sunt verecundati. Adeò omnibus ætatis opportuna morborum medica menta præscribebat. Nec hominem sed vitia in hominē oderat, omnes officiosissimè cum maximis charitatis & amoris significacionibus complexus. Utinam liber quo mores ipsius & virtutes & multa mira admirandaque facta prescripta sunt, extaret, longiore illius syllabum virtutum contexeremus: Nunc dictorum testes chartas Cluniacenses afferamus:

Igitur magna fuerunt huius magna Ecclesiæ opera; magni, magna que virtus etiam fuerunt discipuli, qui eiusdem viri sanctissimi (Hugonis Abbatis scilicet) lateribus continuè assiebant. De ipso namque legimus quod habebat secum

c. 15. G.
X. July.
Ex Chronico Cluniac.
p. 1641.
Ann. Virion lib. 3.
Pl. Id Quintil.

viros consummate sanctitatis, quibus vivere Christus erat & mori lucrum. Inter quos fuit sanctus Vuldaricus illustri prospacia Bauariorum Ratissone & civitatis procreatus, velut lucifer inter cetera poli sidera, sic inter totius cognitionis suae reucebat nobile stemma. Hunc ergo diuinis magnificum exercitus sanctus Hugo abbas ad sacerdotale promoueri fecit officium, sibique constituit capellum & consiliarium. Et quia sciebat, eum virtute & sapientia totum esse compositum, suo etiam gregi ad illum confessionis preparauit aditum. Unde accepit Loge. Nam ut apud debant ad eum tam senes, quam juvenes, diuersis passionibus laborantes, tanto venerationem scripsit est, mendosum videtur: sincerius, quando securius conscientias suas illi aperientes. Ipse vero cum summo etiam gregi am charitate omnes suscipiebat, & more sapientissimi medici congruis quoque praeparauit aditum intentiae remedijs curabat. Cetera vero eius virtutum merita & miracula in libro gestorum suorum habentur. Celebratur autem eius solennitas apud nos decima mensis Iulij.

VVernerus Rollevinkus in Fasciculo Temporum ad annum 1104. in S. Hugone abbe Cluniacensi, VValdarici his verbis meminit: *Hic Hugo inclitissimos habuit discipulos, inter quos VValdaricus monachos ad Alemanniam pro reformatione regularis vita directus miraculu clavuit. Hæc sub fol. 471. Biblioth. Cluniac.*

Extinctum est hoc mundi & Boiariæ sidus sub annum Christi millesimum: latuit, ut dixi, sub noctis & obliuionis umbra annos prope quingentos & viginti; refulsi hodie. Optandum foret ut simul spiritus eius in nos, velut olim Eliæ in Eliseum immigraret.



B. RICHL.


B. RICHILDIS.



Carcere virtutem circumdate, condite tumulis,
Claudite mille arcis, claudite mille soris,
Obrucite aggeribus, totosc⁹ imponite montes,
Grandius hoc decimo zonatus Atlanta premat;

Ut tamen Aetnæ franata potentia claustris
Vulcani erumpit, saxaque rupta vomit,
Emicat ex innis ita virtus abilita mandris,
Quo magis occulitur, prominet inde magis.

B. RICHL-



Naturam naturae naturam naturam naturam
Vitam vitae vitae vitae vitae
Praesentem ex ante ex ante ex ante ex ante
Sed etiam ex ante ex ante ex ante ex ante

Ex ante ex ante ex ante ex ante
Vitae vitae vitae vitae
Praesentem ex ante ex ante ex ante ex ante
Sed etiam ex ante ex ante ex ante ex ante

g RICHT

B. RICHLIDIS

IN SUMMONTORIO.

SVmmontorium, siue alta specula, contubernium hodie
sacratarum Deo virginum olim arx & ingenio naturae
& conditorum arte egregie munita in monte, quem Par-
rij altius alluit, loco amoenissimo, & in omnes circa sub-
jectos campos libero patentque prospectu, in superiore Boicae
parte sita. Vnde quondam nobilissimi principes extitere, è quibus
nata parens est Diui Conradi Constantiensis pontificis. Partheno-
nem velatis dynastæ Rapatho Taurius, & Hemma Verduna, ab
VVerdea seu Donavverda Sueuorum nomen mutuata (quan-
quam hanc Bruschius, aliique Austriae transcribunt) liberique
Ortolphus & VViltrudis horum, vti priscum & inconditum car-
men docet, constituere. carmen hoc est:

Ortolph VViltrudis huic clauſtro cauſa ſalutis
Pofcunt obsequia ſibi munere quotidiana
Hemma quibus mater, Rapatho quippe pater.

Ortolphus maximus coenobij auctor, profectus est cum Boica
cohorte in Palæstinam ad afferenda Christi cunabula. Hierosoly-
mique ab Saracenis recipienda, ductu maxime Godefridi Lotha-
ringiae Principis, nunquam fatis laudati. Decessit in redditu ex iti-
nate domumque reuectus in æde hac virginum conditus est pro-
pter sororem & parentes. Soror Ortolphi VVilltrudis ex aſſe hæ-
res, omnes paternas fraternalisque opes cœtui virginum Summon-
toriano transcripsit, & ſeipſam insuper, perinde ac ſi aliena Deo con-
ſecrasset, niſi ſeipſam eidem æterna religione initiatam emancipaſ-
ſet. Leguntur hodieque ea de re versus,

Quando valedixit VViltrudis inclita mun-
do.
Floruit hic primo per eam monasticus or-

Fugientibus quoque & euaniidis prope literis epitaphios hic
tumulus inscriptus eſt:

Virgo flos florum præclara, nitens ſuperorum
Gemma: tibi vota per ſoluenis concio tota
Per te ſaluaris petit & profine bearis.

Quif-

C12. C.
X. Cal. Sept.
Ex M. SS. Summon-
torianuſ & Gaffer
Bruschio de Monufi.
Germ.
Auent.
Hund. Alſafe:ula,
Hohenwart.

Quisquis es, quando cognoscis hæc verba, per te saluari & bear,
accipe illa, quo solet intellectu natio Catholicorum; deprecatu,
inquam, tuo, per vota & preces tuas. neminem alium salutis dato,
rem præter Christum Opt. Max, agnoscimus, Diulos omnes Diuas,
que patronos & patronas appellamus, nec principes salutis aucto,
res salutamus.

In III. Viridar. SS. de
Clausis ss.

Conditores olim inter Halam & Oenipontem coluere, origi-
ne Andecenses & Thaurienses ab Thaurn villa, vnde cœnobio quo-
annis redunt census. Idem ab hoc quoque castro nomen capie-
bant. Sed nos ad nostram Richildem veniamus: quæ in hac virgi-
num sodalitate extra sodalitatem vixit, modico clauta domicilio,
quemadmodum id temporis solitabant passim vel condi cellis vel
includi turribus, vel abdi caueis, vel antris abscondi, ut copiosiusa-
lio loco ostendi. Nos quid Summontoriana de Richilde monu-
menta loquantur audiamus: Sciendum est quod corpus B. Richildis me-
grum sub altari SS. Apostolorum Petri & Pauli sepultum est, que vita virginis
vitam promeruit æternam. Nam & ipsa diebus suis vitam eremiticam in
clausula sua tenebat. Obiit autem X. Calend. Septemb. B. Richildis. Digne-
nit in memoriam hominum vertitur, que ad gaudium transiuit Angelorum.
item in sepulchro ipsius requiescit dimidia pars corporis S. Julianæ Virginis & mar-
tyris de collegio SS. Undecim millibus virginum. His alia, patria lingua sub-
duntur in hanc sententiam prescripta. Richildis pene totum cor-
pus hodie in facello (quod è cellula, quam viua olim clausaque in-
coluerat, vertit in sacram ædiculam) altiori tumulo leuatum seruat-
ur, coliturque: nec pauca supplicabundo per virginem populo be-
neficia porrigitur, quando frequens ad cineres illius & venera-
bundus procumbit, vota soluit, anathemata suspendit. Curatime-
morantur ægri, omnisq; generis vitia corporum correcta, quæ sin-
gulari volumini dictantibus & testantibus ipsis qui auxilia sensere,
inscribuntur. Adiecit antistita literis dignissimam videri Richildem
cui cælestes honores decernantur, sed opis suè suarumq; contuber-
nalium non esse tantam rem apud orbis Christiani principem de-
ponere vel curare. Cæterum quam tot admiranda per tot seculo-
rum ætates facta celebrarunt celebrantque in dies, minimè viderit
necessæ in questionem vocari, ut de eius sanctitate & beatitudine
dubitetur. Multos vetustas ipsa & nunquam interrupta veneratio-
nis consuetudo cœsecravit. Tu Diua nobile decus Virginum, quo-
niam perpetuis tecti angustiis clausæ semper patuit cælum, apud
supremum orbis Imperatorem effice, ne cælum nobis per omnes
terras animo vagantibus claudatur.

B. VVOLF.

B. WOLFHOLDVS.



Quis wolfholdo, tibi vectes molitur ad aras,
Et pandit clausas ad sacra tecta foros?
O si wolfholdo genus omno quod edidit orbis
Sit geminum, caribus ianua nulla foret.

Nulli ferrato striderent cardine postas,
Tutior oculusa staret aperta domus.
Vero cui sacri patuerunt limina templi
Huic aditus cali quis patuise neget?

V

B. VVOLE.

PRÆPARATA EDITIONES & SC

B. VVOLFHOLDVS

PRESBYTER SVMMON.

TORII.

BNeadem æde Summontorij magna religione colitur
Cal. Febr. VVolfoldus, sacris maioribus initatus,
Propter B. Richildis facellum ad latus, sepulchrale sa-
xum extat alæ templi affixum, intra quod condituse est
B. VVolfoldus qui ad ædem hanc sacram olim co-
luit, magnaque cum virtute vixit, solitus nulla non nocte cubitu
surgere, limina templi petere, per apertas diuinitus portas intrare,
regredique post vota, valuis sponte post diuini viri egressum co-
unitibus : quo nomine, codem cum Richilde cultu populum ad
tumbam supplicem habuit : quamuis nec ille, nec ista solenni ritu
in censem beatorum venerit, priuata singuli gentis suæ veneratio-
ne contenti. Extathic de illo peruetus epitaphios:

Post CIO. C.
Cal. Febr.
Ex chartis Summon-
torianis et Schieren-
sibria.

VVolfoldus al.

*Hic est defunctus VVolfoldus in ordine functus.**Laus patet exempli, quam produnt ostia templi,**Vera sacerdos dans concordantia votis,**Crebro firmata prece Petri sunt referata.*

Medela corporum ab D. VVolfoldo varijs post mortem annis
passim factæ ad me per scriptæ sunt, ex quibus vnum duntaxat ex-
empli causa, nam id mei instituti non est, exponam. Anno CIO.
cccc. xcii. a.d. VI. Idus Septembr. in opido Summontiano ve-
stium concinnator è vico Seibolstorf oriundus, Stephanus, cui o-
pificium cognomen dedit, intra vesicam graui calculo tortus im-
mensum cruciabatur, ut nusquam conquiesceret. Cum jam ex-
tremè decumberet, adeoque vitam desperaret, vocati ad curatio-
nem chirugi, negarunt se manus homini id ætatis (nam annis jam
grauius & natu grandis erat) admoturos, nisi se æger pro mortis vi-
ctima offerret, & sibi mors eius non fraudi foret. Anxious hac de-
nunciatione Stephanus tamen vi doloris adactus, se in eorum po-
testate fore promisit, quicquid numen de se decesset. Ergo illi in
alterum diem bene manæ futuros promittunt, pro ipsius salute &
sua facultate ultima tentaturi. Aeger metu propè exanimatus per
noctem insomnis æstuabat, & imminentis diei periculum semper
velut oboculos versabat. Tandem & dolore exhaustus & metu

V 2

pauens

pauens Deum infimis precibus adit, votūmque suscipit, se, si extantis malis cruciatibusque, & ultimo vitæ periculo liberetur, nudis poplitib⁹ per montem ad cœnobium adrepturū, Deo diuisq; quorum sacri cineses inibi colerentur, gratias, quantas animus possit capere, dicturum. Hæc maximè meditantem, sub intempestam noctem somnus, non tam ab natura quam cœlo immissus opprimit, in quo hæcægro species obiecta. Veneranda facie presbyterum duabus comitatum virginibus ad se ingredientem spectat. Virgines mitris tanquam regijs coronis ornatas credebat, quarum altera religioso cultu apparebat. Sacerdos compellare visus decumbentem, rogaréque an curari velit? Ille, enim uero, venerande pater: viden' imitantes cruciatus & tormentum infelicis? Si quid potes, adjuta queso, beneficij memoriam dum vixero, ponam nunquam. Sed quis sis edere ne graueris. Ego, inquit, sum VVolfoldus hoc loci olim curio, quem hebdomadarium dicunt, & in latere templi quiesco humatus; è cœlo ad te curandum missus, ut mei quoque mortales, inter diuos alios, quorum reliquiæ hic custodiuntur, sint memores, mēq; inter illos juxta venerentur. Virginum quas coram spectas altera est S. Richildis, altera Iuliana, quæ vnotumulo clauduntur. His deinde VVolfoldus præcipit ut Stephano tantisper reuinētum teneant, dum ipse saxum è visceribus ægri eximat. Exemptum tradit Stephano in manus, admonito, ut votum se promissis exoluat, & cū Virginibus disparet. Stephanus excusso somno exemptum calculum bene magnum in dextra reperit, uxorem vocat, beneficium diuinum cum ingenti gratulatione prædicat, ipse sanus, attonitis postridie chirurgis, ad montem, habitu, quo receperat, adrepit, votum exoluit, & VVolfoldi sacramenta Virginum laudem gloriāmque haud parum, assidua prædicatione illustrat. Plura id genus prætermitto. Hoc ad memoriam D. VVolfoldi renouandam in præsens satis, ut ægri mendicem ad quem recurrent, non ignorent.



CONRA.

CONRADVS REX

HENRICI IV. F. III. N. SALICI PRON. DVX
BOIORVM, REX ITALIAE.

VELFONE Azonis F. primo Boiorum ex ea familia
Duce anno Christi c. 10. LXXI. creato, septimo & se-
ptuagesimo Neuburgi ad Danubium capto, & prin-
cipatu depulso, Conradus filius Henrici Imperatoris,
Boiorum prouinciam suscepit (quemadmodum Ba-
ronius ex Lamberto narrat,) atque inde ad nonagesimum tertium,
vel etiam vterius tenuit, nam tertio & nonagesimo à patre defecit,
& in Italiam profectus rex Longobardorum creatus est Mediolani:
vnde ego existim no nisi usque ad annum millesimum nonage-
simum tertium Boiarum illi patuisse. Guelfonem Auentinus af-
firmat viginti totos annos extorrem à Boaria fuisse. Pulsus autem
est ab Henrico primum ex Italia reduce anno c. 10. LXXVII. De Con-
rado vero affirmit Baronius his verbis: Sed antequam vterius progre-
diamur in memoriam reuocandum de VVelfone isto quod dictum est superius
ex Lamberto, nimurum fuisse filium Azonis marchionis Ferrariensis, inhaesisse
autem Henrico regi contra Saxones, inde contra Henricum ipsum Rudolpho, no-
vo regi, cum primatus esset ducatu Bauariae, quo ab eodem rege, pulsò Ottone, do-
natus fuerat, tradito illo Conrado filio suo, cuius causa ab eo deficiens Rudolfi par-
tibus inhaesisset. Inclita porrò huius virtus fecit ut inter caelites Boio-
rum centeretur, ita pie, religiose, sanctè vixit. Neque enim verum
est semper, Ex malo coruo malum nasci ouum. Nemo nascitur
sanctus, nemo impius, ab sua cuiusque voluntate, studijs, ingenio,
moribus haec pendent. Quid scelestius Amone Hebraeorum re-
ge, & sanctius eius filio Iosia? Quid improbus Achaze patre, quid
religiosius nato Ezechia? quid ipso demum peius Saule, quid meli-
us Ionatha ex eo nato.

De Conrado vero maiore natu filio tradunt scriptores illum à
patre defecisse, q̄ innissus à patre (ò patrē, imò draconē & Cerbere de-
teriorē) nollet Adelheidem houercā inire. Iuuenis in quē Iosippi &
Hippolyti & Crispi virtus immigrarat integerim, castissimus, abhor-
rens ab tam impio & nefario incestu. Regnū Longobardię volentib.
Italis, Urbano pontifice & omnibus qui à patris eius immanibus
flagitijs & secessione ab Ecclesia, abhorrebant, tenuit. Sigonium *Dē regno Ital. l. 9.*
audiamus: Germanicis furentis Henrici tumultibus Italia demum ecclesiāq. *anno. 1093. &c. seq.*
perfuncta, lucem aliquam aspicere quietis ac libertatis instituit. Hanc defectio *l. 233.*

c. 10. c.
Baron. an 1081. n. 8.

De Marchione Azone
eg filio eius Guelfone
Lambertus an. 1073.
sed nihil de Conrado

Avent. lib. 6. initib
post prefat.
NB. Sed dum abesse
rex armis recuperar-
uis Boiarum, certe
illam tenuit etiā in-
vito Caffare, postea ve-
lente.

4. Reg. c. 10.
2. Paral. c. 23.
4. Reg. c. 18.
2. Paral. c. 29.

Conradi non tam pia quam necessaria ab Henrico patre adduxit, quem ipse tamquam maiorem natum filium regem Germaniae destinarat. *Eius defectionis causam Dodechinus atque Helmoldus, scriptores ijs temporibus proximi, & quidem natione Germani hanc prodiderunt.* Henricus cum acerbum in Adeleidem coningem odium conceperet, in carcere conditam omni contumeliarum genere afficiendam ac prope lacerandam suscepserat. Itaque ad cetera illata probra cum Nicolitarum more multis eam stuprandam prostrauisset, idem Conrado etiam filio, ut faceret, imperauit. Addit inde flagitio contumeliam. Conradus scelere se tanto obstringere recusantem, ira odioque accensus, filium suum esse negavit. His de rebus Adeleidus cum forte paens e carcere evasisset, ad Mathildam in Italiam se recepit, ac supplex misericordia subsidium implorauit. Mathilda benigne exceptam Urbano commendauit pontifici. Urbanus verbi mulierem consolatus, atque ut in monasterium iniret, hortatus remisit domum. Atque eo etiam nomine Henricum e numero amonuit piorum. Eadem ratione Conradus patre relicto ad Mathildem Urbanumque se contulit & noxa paterna solutus ex ipsis Urbani autoritate regnum aduersus patrem in Lombardia suscepit. Idque summa cum omnium gratia per nouem deinde annos administravit, ac Rogerij Sicilia Dacis filiam sibi matrimonio junxit. Ad animi virtutes ingentes decora etiam corporis forma accesserat, quae ipsum impensis quoque populus commendauit. Ita vero aduersus patrem regnauit, ut tamen eum semper regem ac dominum suum vocaratur. Hac de re, ut Sigerbertus scribit, Henricus sequenti anno animis anxiis ex Italia cessit. Quo facto omnes subito amici eius ad Conradum & Pontificem transierunt, & castra ab Henrico capta receperunt, atq; aduersus eum validis munitionibus & praesidijs confirmarunt. Et post alia: Conradus Italie rex, cum praeclarè in omni officio se gesisset, neque a Mathildiè unquam pontificis que consilijs discessisset, alienissimo Ecclesie atque Italiae tempore, morbo consumptus, sive ut alijs tradunt, veneno extinctus est. Laudat ut vidisti, Sigonius Helmoldum, apud quem ego nihil de Conrado legi. Dodechinus illa refert. Prædicat huius laudes Vrspergensis cum annum c. 10. xcix. describit his verbis, Anno Domini c. xcix. Henricus Imperator natale Domini Coloniae celebravit. In Epiphania vero Aquis filium suum juniores Henricum V. regem fecit: reprobato maiore suo Chunrado quem prius coronauit. Chunradus vero causam rebellionis sue, paucis tantum sibique familiarissimi in regno detegens, assumpto quodam exordine ministerialium patris aque Chunrado nomine fortis admodum & prudenti viro, per quasdam Italie partes & nomen & dignitatem regis annis fere nouem obtinuit: tantum indolis sua per orbem Rossarum diffundens interim odorem, ut nemo religiosus, nemo sapiens in ipsis saltim rem publicam constituendam fore dubitaret. Erat enim vir per omnia Catholicus & Apostolicus sedis subiectissimus plus religioni quam fascibus vel armis deditus: fortitudine tamen & audacia sat & super

super instructus, lectioni quam lusibus vacare malebat: miseris omnimodis sed
precipue misib[us] inopia strictis, compassione & misericordia fructu proximus fie-
bat: nemini contemptum, nemini vim, nemini praeiudicium intendens, omni per-
sonae omnique conditioni fuit affabilis, indeque non immerito Leo & hominibus
semper extitit amabilis: calibatus pudore perpetualiter & seruare cum propulsione
set, coactus tamen a suis filiam Ruggeri Ducis Siciliae famosissimi pane nostrorum
temporum viri duxit uxorem: cuius tam castè usus est coniunctione, ut vix cre-
deretur eam unquam cognouisse. Legale illud praeceptum, Turpitudinem patris
sui non reuelabis: itemque honor a patrem tuum: murmur quod per totum Ro-
manum imperium patris suum laniabat, quodque ipsum sibi offensa patris ac
sua ab illo discessione causa extitit, auribus proprijs nunquam patiebatur inferri:
semper illum dominum suum & Caesarem vel Imperatorem cognominans: uni-
uersos a palatio patris aduentantes sub appellatione consuetorum ticebat infimos so-
ciali benevolentia tractans. Præter animi virtutes mortuus compositionem,
corporе fuit apprime decorus ac statura procerus. Vbi & mottem eius an-
no c. 10. c. 1. narrat: Conradus, inquit, rex adolescentis X. anno postquam a
patris palatio discesserat, Mathildis magna illius & nobilissime, & ut quidam di-
cunt, religiose feminæ, sicut sanguine ita & contubernio coniunctus, & in rebus
per Italiam disponendis tam illius quam domini apostolici, ceterarumque Deum
timentium personarum consilio semper usus; immaturo præuentus occasu, plena
fide & bona confessione a regno transitorio ad eternum creditur regnum migrati-
onis. Sunt etiam qui veneno eum dicant interisse. Testari solent qui aderant in
brachio corporis exanimi crucis signaculum subito exortum se vidisse: ipsasque
eius exequias quibusdam miraculis honorificatas fuisse.

lib. 7. c. 7. p. 243.

De eodem narrat hæc Otho Frisingensis, Anno sequenti c. 10. c. 1.
Conradus Henrici Imperatoris filius Christianissimus, cui pater Italianam commis-
serat, nono ex quo a patre discesserat, anno, immatura morte præuentus, diem obiit; Conradus Coronatus
Mediolani an. 1093.
ac in ciuitate Florentia Tuscæ, honoris est sepultus est. Laudat eumdem
Bertoldus Constantiensis anno c. 10. xciiii. quod a patre secessio-
nem fecerit, & se cum Guelfone Guelfonis F. coniunxit. Nam Bertold. p. 369.
Conradus, inquit, filius Henrici regis a patre dolo circumuenitur, & captiuatur,
sed Dei misericordia inde eruptus, a Mediolanensi Archiepiscopo & reliquis
fidelibus S. Petri, in regem coronatur, annuente V Velpho duce Italiae &
Mathilda eius charissima coniuge. Sed & pater eiusdem ducis, V Velpho dux Ba-
varia non multo post ad eundem nouiter coronatum regem, in Longobardiam ve-
nit, eique cum filio suo fideliter adherere satagit. Rursum de eodem, anno
c. 10. xciv. Conradus rex, filius Henrici, domino Papa Urbano Cremonam ve-
nientiobuiam progreditur, eique stratoris officium exhibuit IV. Idus April. De-
inde fecit ei fidelitatem juramento, de vita, de membris & de papatu Romano.
Dominus autem Papa in filium S. Romana Ecclesie receperat illum eique consilium

adiutorium ad obtainendum regnum & ad coronam imperij acquirendam
ram populo firmissime promisit, salua quidem iustitia illius Ecclesie & statutis
Apostolicis maximè de inuestituris spiritualibus, officijs à laico non usurpandis.
Et eodem anno duxit Conradus rex filiam regis Siciliæ Rogerij.
Conradus, inquit, rex cum regio apparatu in Tusciam Pisas perrexit, ibique
sponsam suam filiam Rogerij ducis de Sicilia adhuc admodum paruulam, cum
maudita pecunia sibi oblatam, recepit. Pessimè omnium tractat hunc
Conradum Auentinus, hæreseos lue foedè inquinatus, tantum
quòd ab impio patre ad pium orbis patrem pontificem descisit.
Sed cogitandum improborum calumnias, lau-
des esse proborum.



S. EDI.

B. EDIGNA

VIRGO BVECHÆ BOIORVM.

c. 13. c. 14.

EDIGNAM è Francia Galliarum in terras Germanias ad Boios monumenta manu exarata, quæ in æde B. Edignæ extant, profectam tradunt, ortamque è regia stirpe, adeoque regis filiam, sed nec annum natalem, nec regis nomen edunt. Natam oportuit vel Henrico I. vel Philippo I. qui eodem anno cum Edigna migrauit è vita, c. 12. inquam c. 13. cum nouem & quadraginta annos regnasset. Millesimo quippe & sexagesimo Henrico Patri admodum adolescentis vel potius puer successit, ita fieri potuit, ut Edigna soror esset Philippi I. si rationem temporum ineamus. vel certè filia si junior extincta est, Henricum tamen patrem existimem, quamuis in neutrâ partem auctoritas extet. Sed & qui reges proxima cognatione attingunt, scriptores nōnunquam regum sobolem appellant, ut Richardū Angliæ regem, qui neq; rex, neq; regū fuisse videtur filius, ut supra in S. VVunibaldi rebus monuimus. Ita non liquet de Edigna, an regum filia an cognata fuerit. Francigenam tabulæ scriptæ vocant, & regis filiam, sic enim de peccâtina eius loquitur charta, Peccâtine iste (quem ipse coram inspexi & manibus contrectau) B. Virginis Edignæ Francigenæ, quæ regis Franciæ filia extitit, & pro fponso suo Christo domino exilium subiens, hoc in loco requiescit, signis & miraculis gloriâ (subjicitur deinde in schedio grauis execratio in eos qui peccâtinæ inde auferre conarentur) de sacris eius reliquijs in propatulo atiud nihil habetur, excepta maxima testula, quam habebat, quam & hie adjungere procuraui. Reliquia eius xeniola cum ipsâ in tumulo recondita digressuntur. Qualiter autem ad locum & venerit in alia chartula pandere cogemus.

Extat & tabula patriâ lingua exscripta, quæ docet ex regia stirpe Francorum oriundam in has terras peregrino cultu tectam venisse, Deoque sacris votis, lacrymis & vigilijs multis litasse, tandemque sexto & vigesimo Februarij c. 13. c. 14. ad cælestem patriam è peregrino solo & exilio profectam: Cranium, ossa, velum, ligulam, cochlear religiosè custodiri, sanctitatem Virginis crebris erga miserios beneficijs dum inclaruisse. Diu mecum anxius consultaui, quid sibi vellet quæd Lib. 7. p. 727.
Auentinus scripsit, ab accolis dici Furcis profectam, patronâne in auxilium vocaretur ab ijs qui in furcas, patibula, & crucis essent agendi; an

di; an ut aliquis auerruncus deus striges, lamias & Canidias arceret. Sed cum ipse anno c. 15. 150. xvi. Nonis Augusti in rem præsentem venissem, ab vicinis & ædituo (nam parœcus aberat) didici per Edignam inuocatam res seu furto ablatas seu quocunq; casu deperditas domum reconciliari, eoque conieci ab Auentino scriptum fuisse *furtis non furcis præfectam*. adj demum manum ipsius & legi *furti*, p. 120. lib. 7. parte ultima. Emendabis ergo libros editos. Spectaul quoque latibulum eius in cauo ingentis, quæ triplice stirpe consurgit, tiliæ, quam oleum olim largitam affirmabant, sed cum beneficium auari mortales venderent, negasse benignitatem, fontemque olei exaruisse. Seruatur hodie corporis exuuiæ in capsella vitris pellicula, nupérq; concinnata & pectorali Virginis imagine ad sinistrâ templi aram in qua visitur justa ejusdem icon inter DD. VValpurgam & Vrsulam collocata. Imago in pede altaris docet Edignam plaustro peregrini habitu cum scipione per boues sponte ferre advehendam virginem jugum subeuntes aduenisse. Adeſt & pieta & cistata aus & æs campanut, quæ veniente Edigna cum nullo mouente concinuissent, virginem quasi signo diuinitus accepto constitisse; ibique loci confedisse, vitamque reliquam sanctissimè exegisse, & factis quoque admirandis viuam mortuamque celebratam fuisse, de recentissimis cognoui. Obseruata sunt ab anno decimo supra millesimum sexcentesimum usque ad sextum decimum præsentem, quo locum adj, non pauca. Ophthalmiam, quæ diu laborarat puella curatam, in cuius beneficij monumentum, pendent ad aram cereæ oculorum pupillæ. Alijs cephalalgiam, alijs vuam gutturis, alijs dysenteriam, qua puer bimulus per biduum cruciabatur, alijs phrenesin abstulit, mentemque restituit. Legi alijs explicatos difficiles partus, qui haerebant, matresque jam in ultimam mortis necessitatem adduxerant; labentes alios mollius exceptos, alijs calculos ejusdem beneficio exemptos. Pecudum quoque morbos propulsasse fertur, quæ prolixius patria lingua sunt exposita, ex qua haec decerpere placuit; ne in ijs quæ post mortem accidere & hodie accidunt, commemorandis prolixior essem. Nam quamuis beneficia sanctorum onines libenter experiamur, cum nos mala premunt, plerique tamen eadem non sine fastidio recognoscunt. Legialicubi, sed locus non occurrit, apud VVolfg. Selender, nisi me fallit memoria, hanc B. Aureliae, de qua supra memini fuisse sutorum. sed tempora reclamant, si ritè sunt annotata.

B. BRV.

B. BRVNO

ABBAS SCHIRENSIS.

EX literis Benedicti præsulis Schirensis anno 1602. ad Sereniss. Maximilianum datis intelligo Brunonem hunc eximiæ sanctitatis virum fuisse. Sed quia nec ab Hundio, nec à Bruschio, nec à Benedicto præside plura referuntur, addere plura de Brunone non possum, donec plura accipiam.

cic. cxl.

Est & alius Baldemarus quidam Schirensis abbas, quem tradit Hundius nunquam carnes, nunquam adipem gustasse.

Obiit anno c. cc. III.



X CONRA.

CONRADVS GVELFO

EX DVCE BOIARIAE MONACHVS ET
ANACHORETA.

1125. C. XXV.
Conradus Pfefferg. an.
1126.
Vit. Arenbek. p. 142
G. 145.



Onradus ex nobilissima & antiquissima Guelfonum stirpe profectus patrem habuit Henricum Gueltonem qui Guelfonis primi Ducis Boiariae cognomento quarti filius fuit; fratres Henricum & Guelfonem; sorores Iuditham VVolfildam, Mathildam & Sophiam.


Sic enim ex temporū ratione colligo.
Fridericus anno 1125
C. XL. inauguratm.
est.

Conradus primum literarum tirocinium domi posuit, & cum jam ex ephebis excessisset, Coloniam Agrippinam ad maiorem ingenij cultum capiendum profectus in Fridetici pontificis vi-

ti splendore generis (tetracha enim Forojuliensis erat) & eruditio-
nis laude morumque elegantia clarissimi, disciplinam concessit
Cūmque ob doctrinæ profectum & inclitam maiorum familiam
maximos sperare honores posset, cœlestia & æterna animo verere-
gio complexus, omnia fugientium bonorum & honorum nomi-
na, fumosque & umbras contempsit, seseque ad Claram vallem vbi
id loci Diuus quoque Bernardus sacræ militæ rudimentum apud
Cistertium incœperat, contulit. Hic Conradus hausta religione
cum ex diutina meditatione miris visendi Christi incunabula, &
theatrum immortalium operum incensus desiderijs arderet, Hie-
rosolyma supplicabundus petiit, & omnia a Christo diuinitatis &
humanitatis impressa quæ reliquit in terris vestigia exosculatus, in-
dese in solitudinem contulit, vbi prouectoris nauctus ætatis acce-
tam, cœpit illi velut administer & discipulus infimis officiis inserui-
re, necessaria subministrare, vicissimque Christianæ perfectionis
præcepta ab illo haurire. sed valetudine tentatus, institit dereditu
ad patrium solum cogitare, quod tamen fatis præceptus, attingere
non potuit. Barium Apuliae municipium naui delatus apud S.
Nicolaum religiosissime expirauit. Sunt qui Patarae defunctum
velint, quod D. Nicolaus Patarae colatur, vt non Barij sed Patarae re-
scribendum putent. Atqui de Bario Apuliae opido constat, & for-
tas ibidem aræ eidem Diuio positæ. Nam qua in prouincia is Di-
uuus sua templa non habet? In Boica complures numerat ædes &
cœnobia: & hic Monachij ex vetustissimo facello in recentem &
augustiorem ædem non ita pridem idem Nicolaus immigravit.
Vipergensis facit rem ambiguam, & mihi de Patara cogitasse om-
nino

nino videtur. Subscribam etiam firmandæ nostræ rei, quæ ipsede
Conrado in suis chronicis ponit: *Chunradus in Clericum ordinatus c. m. pag. 276. Basili. edis.*
sub puerilibus annis domi literarum studijs informaretur, tempore maturo Colo-
nensi archiepiscopo altiori studio & disciplina claustrali educandus committitur.
Ubi in vitroque tantum proficit: sed & alijs virtutibus virtus declinans tantum
exornauit, ut ab omni & clero & populo amaretur: ab omnibus summo honore
dignus judicaretur. Ipse vero honores, diuitias, laudem humanam fugiens,
quibusdam se monachis sociavit, cum quibus omnibus sui ignorantibus Clareual-
lense monasterium adiit, ibique se monachum fecit. Deinde procedente tempore
Hierosolymam petiit: ubi cuidam seruo Dei in eremo manente adhæsit, eiq. cum
omni humilitate necessaria administravit. Tandem sentiens se quadam infir-
mitate tactum de reuersione cogitauit, & ingressus nauem Bar ciuitatem s. Ni-
colai peruenit.

Hæc de Conrado Guelfone didici quæ ad pietatis nomen sat
multa & magna videri possunt, cum omnia humana abjecerit, ut
cælum expeditius intraret.



B. STILLA

VIRGO SCHIRENSIS FAMILIÆ, COMITVM EX
BABONE AVT COMITVM FORTASSE

A STILLA.

*Sub ann. circiter.
CIO. CXL.
Iacob. Gretser. in ss.
Eyf etenſum.
Hundius in Stemmen.
Auentinus.
VVolf. Lazina.*



TILLA in Eystadiani pontificis prouincia, quæ olim pars Boiariæ fuit, religiosissima virgo, vixit in arce paterna haud procul ciuitate Abenberg in Norico sita. Nomen ab silentio (rarâ sanè virtute in fæmina) accepisse Stillam existimant, quod Still patria voce silentium valeat: nisi (quod mihi vero proximum apparet) è marchionum & Comitum Austriæ à Stilla & Hefft originem traxit. Cæterum, ut Greterus tradit, patrem habuit zelchum, auum VVolframum II, proauum VVolframum I, abauum Babonem II, atauum Babonem I, tritum Bertoldum regulum Boiariæ Schireensem, cui pater fuit Arnulphus Schiræ conditor, auus Arnulphus Dux Boiariæ, proauus Luitpoldus caput generis Principum hodie Boiariæ potentium: adeò Principum satu edita Stillæ virgo, cui abauus ille πολύπατος (si vera recentiorum narratio) Babo quadragintaliberorum sobole felix, duobus & triginta maribus, octo virginibus, de quibus copiose Hundius in Stemmen Boiorum. Proauum VVolframum Babonis II, filium Henricus S. Imperator dynastia Abenspergensi in Norico donauit. Zelcho patri filij fuere Rapato & Conradus, qui fontem Salutis cœnobium nobilissimum Heilbrun condiderunt. Sororis tamen Stillæ memoria præterita ab genealogiis, qui sexum muliebrem plerunque tacent, nisi cum hanc illamue nuptum datam narrant. Sed neque Zelchi fit mentio in Babonis & VVolframi stirpe. Greterus ex Eystadianis charatis illum eruit. Auentinus & Hundius tacent. Lazius in Austriæ Marcha orientali marchiones & Comites à Stillæ memorat, & fieri potest S. Stillam ab illis ortam. Porro, inquit, Engelrico, de quo diximus, vigesimus quartus marchio succedit Hemo à Stillæ, qui regiam in Medlico legitur tenuisse, proscriptus ab Ottone III, imperatore posterius, a cuius posteritate Comites nimurum de Stillæ & Hefft destuxerunt: in qua circa annum Domini CIO. c. XX. Ulrichus Patauiensis presul Herzogburgense cœnobium in Austria exorsus est. Reinbertus itidem Patauiensis episcopus anno 1142. templum S. Stephani

Laz. p. 2, fat. 2, fin.

phani Vienne consecrauit, & Vdiscalus Comes Seyterstetensem abbatiam in finibus utriusque Austriae condere coepit, anno C. 12. CL X. tempora sane conueniunt cu n Stillam.

Sed ad Stillam redeamus, quæ non minus virtutibus quam generis splendore claruit, ornamento nempe longius petito, quod sua quemque virtus maximè clarum reddat. Stillam cum templum posuisset, cœnobium molienti Paræ manus injecere. Cumque funus ducere, inquit Gretserus, tentarent Heilsbrunnum, ubi fratres requiescebant, nulla ratione id locomoueri potuit. lunctis ergo curruie equis; liberos abire suerunt, sine vlo auriga aut rectore. At illi sacrum onus ulce deportarunt ad templum quod ipsa extruxerat, & in quo tumbam sibi elegerat, nec sine cœlesti approbatione; nam cum quadam die B. Stillæ ex arce paterna chirohecam suam detecisset, hoc adiuncto: Ibi sepeliar vbi hæc chirotheca inuenta fuerit; non alibi quam in templo abs se condito, reperta est; & eo quidem loco, quem pro sepulchro occupat. Stetit templum solum usque ad annum Christi C. 10. CCC. LXXXII. quo tempore VVilhelmus Episcopus Eystetenensis cœnobium sanctimonialium adjicere coepit, accitæ virginibus ex Mariae Lapide juxta Eystadum, quæ religiose vita fundamenta ponerent; quod monasterium postea & frequentia & pietate admodum floruit, ita ut præcipui patricij Norimbergenses hic suas filias Deo seruituras missarent. Porro ad tumultum sanctæ Stillæ statim quamvis nondum excitato monasterio concursus fieri caput à vicinis Norimbergensibus, VWeissenburgensibus, Anspachensibus, & ab alijs qui beneficia meritis B. Stillæ impetrata testabantur donarijs votuisque tabellis, prout olim quoque ad sepulchra martyrum, fieri consuevit. Cuia consuetudinis locuples testis est Theodoretus, qui sermon. VIII. de curandis Graecanicis affectionibus ita scribit, Pie vero fideliterque precatos ea maximè consequi quæ desiderant, testantur illa, quæ votorum rei dona persoluunt; manifesta nimirum adeptæ sanitatis indicia: nam alijs quidem oculorum, alijs porrò pedum, alijs porrò manuum simulacra suspendunt, ex argento auróue contexta: gratissime namque accipit eorum dominus qualiacunque sint dona, nec exigua nec vilia designatur, quippe quia proferentis facultate metitur. Hæc itaque omnibus spectaculo exporrecta, testantur morborum depulsionem, cuius ipsa certissima signa sunt à sanitatem consecutis allata. Hæc Theodoretus: quorum similia olim ad sepulchrum S. Stillæ videre licuit, imò & hodie licet: neque enim cœlestis illius benignitatis fons exaruit. Vidi & legi germanicè conscripta quinquaginta quinque manifestæ sane & evidentia miracula beatæ Stillæ suffragatione perpetrata; nam cæcæ viuis est redditus, claudis incessus, surdis auditus, pestilentia depulsa, capitis dolores sedati, semimortui à limine mortis reuocati, & plura alia supra naturæ vires gesta, quæ insignem hanc Abenbergensem Comitissam Christosponso suo charissimam & gratissimam esse

perspicue ostendunt. Miraculorum multitudine & magnitudine permoti
Gundakarus II. hoc nomine Episcopus Eystettensis altare in memoriam B. Stilla
erexisse fertur. Sed ratio temporis obstat; nam Gundakarus diem supremum
obiit anno Christi 610. lxxv. quo anno B. Stilla forte nondum nata, certe
necdum nota erat. Alius ergo huius altaris conditor quarenatus erit.

Nec plura dicenda suppetunt de B. Stilla. Hæc
Gretserus.



B. CON.

B. CONRADVS
 ARCHIEPISCOPVS SALISBURGENSIS EX
 PRINCIPE SCHIRENSIVM FAMI-
 LIA ORIVNDVS COMES
 ABENSPERGENSIS.

Conradus hic multis nominibus inter cælites & sidera Boiorum collocatur. nam & gente domoque Boius, & acerrimus libertatis Ecclesiasticæ assertor, adeoque alter Athanasius in perferendis ob religionem exilijs, & ingentem animi aduersus rem diuinam ardorem, aliisque regias virtutes ut mox cognoscet. Patrem habuit VVolfram dynastam Abenspergensium, auum Babonem ex principe familia Schirensium ortum, qua hodie imperat in Boia, VVolframo trigemini fuere filij Conradus hic noster, & Otto Comes, ac VVolframus.

Conradus per duos fratres paterna hæreditate exutus, ad Henricum Imperatorem confugit, cui primum fuit ab sacris, mox Iuuuiensis pontifex designatus, cui auctor fuit Paschalis II. Pont. Max. à quo & stola sacra, quam *Pallium* appellant, cultus est, año c. 12. c. vi. in quo munere ita se gessit, ut omni posteritati exemplum pietatis, constantiæ, religionis, inimortale reliquerit. Nam primum collegium sacerdotum in ordinem rededit, & legibus S. Augustini deuinxit, uti Canonici ab regula dicerentur. Erant in uno simul omnes contubernio quatuor & viginti, ut hodie viri religiosi instituti addicti, communimensa, tecto, supellectili, parique cultu corporis vtebantur, eoque in statu facet ille patrum Salisburgensium senatus ad annos quadringentos tredecim eoque amplius durauit: quem primus Salisburgi vertit Matthæus Langius VVelleburgius episcopus Gurcensis, Cardinalis, archiepiscopus Salisburgensis ex Langa Patria Augustana & Maximiliano primo Imperatore natu, ut est in epitaphio Maximiliani, in quo Langius Maximilium suum genitorem & patrem appellat:

Cardinalis loquitur,

O Cæsar, felix genitor, quo riuus in orbe!
 Et mox,

X 4

c. 12. c. xlvi.
 Otto Frising. syn-
 chrones.
 Auctor vite S. Geb-
 hardi Archiep. Sa-
 lisburg. apud Canis-
 t. & am. let. pag.
 2140. 2. 3.
 Baron. annal. XII.
 anno 1111.
 Chron. Reichenberg.
 Eland. metrop. Sa-
 lisb. p. 9. & stemm.
 Eland. l. & stemm.
 p. 2.

Ergo

Ergo colis superos sine sollicitudine campos,
Dime pater? - - -

Olim plerique omnes summæ ædis Canonici, S. Augustinile-

Hirsau. Chron.
an. 957.

ges & viuendi regulam sequi cogeabantur. Sic enim Trithemius:
Eodem anno moritur Rupertus Archiepiscopus Treuirenensis, cui Henricus successit,
qui regulares officinas & claustrum S. Petri construxit & regulam Canonico-
rum ibidem obseruari precepit. Hoc est maior Ecclesia Treuirenensis in qua hoc
tempore sicut & in ceteris antiquis Ecclesijs, Canonici secundum regulam eius pre-
scriptam in communi viuebant; vnam habentes mensam, vnam bursam, vnum
que commune dormitorium, sicut hodie inter nos (inquit Trithemius Monas-
chus) juxta normam nobis propositam conuersamur. Hoc ergo primum
fuit ab Conrado editum specimen pietatis; dein cum contra Cæsa-
rem schismatum pro pontifice staret, tam constanter se gessit, vt
ferrum etiam jugulo intentatum recipere paratus fuerit. Iuuat O-
thonis Frisingensis verba ad fidem subscribere: Anno abhinc tertio ex
omnibus regni visceribus infinito contracto exercitu, Romam iturus Imperator
per montem Iouis Pyrenæum transit, ac in plano Italiae residens juxta Padum mil-
item recensuit. In comitatu eius xx. millia equitum electorum fuerunt, ex-
ceptis his qui ex Italia ad eum confluxerant, tantumque castrorum ambitum, qui
adhuc superstites sunt, fuisse tradunt, vt visu vix penetrari potuisset. In plano
ergo Italiae castra metantes, vnuquisque militum ante papilionem suum lumen
noctu accedit, quod ad humana ostentationem gloria factum, quantum specta-
culum indigenis in tam amplio ambitu praebuerit, dicere non oportet. Inde castra
mouens, Apenninum transcendit, opidumque quod Pons tremulus vocatur, na-
tura locorum, ac altissimis turribus munitissimum, transitum prohibens, expu-
gnauit & cepit. Post hoc per Tusciam iter agens, Ariciam in robore memorum
ac altitudine turrium confidentem, eo quod ciues eius urbis, ecclesiam S. Donati
extra muros ne sedes episcopalii haberetur, destruxissent, ad solum usque pro-
strauit. Verum Nouariam Ligurie ciuitatem dum per Longobardiam pergeret,
ceperat, ac igne cremauerat. Multis ergo tam in ulteriore quam citeriore Ita-
lia, quemodo Longobardia & Toscia vocatur, fortiter gessit, ad urbem progre-
ditur. Ibi a Paschali Papa cum Clero & populo Romano in urbe Leonina ante
fores S. Petri cum crucibus & thuribulis, alijsque ecclesiasticis seu forensibus or-
namentis stante & aduentum eius prestolante, cum maximo tripudio suscipitur.
Ipse autem præfatum pontificem, consilio quorundam sceleratorum, cum magna
tamen reverentia captiuauit, ac Ulrico Aquileiensium patriarchæ custodiendum
commisit; sicque tumultu orto ac omnibus preciosis rebus ad decorum & regale fa-
stigium expositis immaniter distractis, in luculum versus est gaudium. Occasio
autem sceleris huius hec fuit: quod rege Romam tendente inter ipsum & papam
conuentio facta, ab obsidibus firmata narratur, vt scilicet rex inuestitur aepiso-

porum

porum remitteret, & Papa ipsi regalia eorum resignaret. Itaque dum Romanus venisset, ac a pontifice promissa sibi personae exigisset, Papa, eo quod reclamantibus Episcopis, ea quae petebantur adimplere non posset; tanquam nocens, cum per omnia esset innocens, custodiae mancipatur. Videns hoc venerabilis luanensis Ecclesiae Archiepiscopus Conradus, qui cum rege venerat, Zelo & equitatis vicem Dei dolens, factum hoc improbavit. Cum dum quidam ex ministris regis, Henricus cognomento Caput, euaginato gladio mortem interminaretur, tanquam pro justitia mori optans, jugulum præbuit, malens, si minas ille ad effectum perducere voluisse, temporalem vitam finire, quam tanti piaculi scelus disimulare. Chronicon Reichersbergense ante annos C.D. conscriptum & nuper ab Christophoro Geuoldo V. C. editum rem mirificè illustrat: Anno c. 10. c. xi. Henricus rex junior cum multo Episcoporum aliorumq. principum comitatu ad urbem Romanam tendit ad acceptance imperialis coronæ, quam etiam veniens ingreditur, præstis ante juramentis ac data fide de pace Romano pontifici atque urbi integre conseruanda. Iamque ventum erat in medium Ecclesie B. Petri, ubi de iustitijs hinc inde conseruandis ac tenore concordiae intersacerdotium & regnum tractare conuenit. cum sellis hinc inde prolatis confessum est circumstante confertim corona armatorum. Proferuntur in medium literæ de parte regni ad Romanum pontificem directæ, & quæsitum per Cancellarium domini Papæ a domino rege eiusq. Cancellario, an eas suas a se missas recognoscerent. Cumque responsum ab eis fuisset, etiam, eadem in palam literæ lecta, scilicet promissa domini regis ad dominum Papam continentis, similiter & ex parte regis literis, quæ a domino Papa directæ fuerant, in medium prolatis, responsum est, itemque literæ in publico recitatae, quæ domini Papæ ad regem promissa continebant, ut superius paulò dictum est. Dumque promissa eatenus inaudita Episcoporum aures percellerent, cognoscentes se & Ecclesiæ suas occasione imperialis coronæ regis capiti imponendæ spoliandos antiquis possessionibus, quasi ex uno ore contradicebant, aientes se regi coronam imperiale tantos suarum Ecclesiæ detrimento emere nolle. Cumque & armati circumstantes eos minis & terroribus perurerent, quasi jam interficiendos nisi consenserint, & huonradus luanensis Ecclesiae Archiepiscopus quasi signifer inter Episcopos, ut ipse nobilior & honorior ceteris, etiam ad caput potius amputandum, quam ut ad ea quæ petebantur, consensus præberet porrexit. Et dum clamor hinc inde confusus aliquandiū percrebuisse, rex cum indignatione & motu animi surgens abire cœpit. Sed & dominus Papa ex præcepto militum cum rege & post regem abire compulsus est. Hinc præda graffatur, hinc cædes ciuium Romanorum, pro pâstore suo quem liberare cupiebant, morientium: captivi quoque domini Cardinales & Clerici trahuntur. Omnia siquidem ostia Ecclesie obseruata fuerant ne quis libere effugere potuisset. Episcopi videntes quæ siebant, gemere & facinus detestari, sacrilegium clamitare. Multa vero & inenarrabili cœde in cives

Romanos

Romanos perpetrata rex abiit, & dominus Papa cum eo. Clerici autem tenere
educati funibus trahebantur ab equitibus, quos illi ut poterant, sequebantur, per
plateas, luto profundo ac tenaci vix emergentes, quidam etiam inter manus tra-
hentium, & ad currendum hastis transuersis cogentium spiritum exhalauerunt.
Qui vero superfluisse per nocturna tempora vel fassis inclusos, vel catenulis
alijs vinculis, ne fuga elaberentur, inclusos seruabant, donec eis pecunias ab-
quas extorissent. Et dominus quidem papa ducebatur & seruabatur in ca-
stodia. Honorabant vero eum nihilominus episcopi, aliquique timentes Leum, do-
nec ei rex multis minis & terroribus corona imperialis benedictionem in ipsa ca-
ptiuitate extorstit, & donec obtinuit in ipsis tentorijs privilegiū de retrahendis om-
nibus regalibus ad Imperium quale voluit. Pro qua re inviueri pene Francia
episcopi consilium inierant, quatenus excommunicarent ipsum Paschalem papam,
tanquam ecclesiae hostem & destructorem, nisi priuilegium idem ipse qui dedit
damnasset, quod fecit. Nam in generali concilio residens postea, jam abso-
lutus, ad stipulante ei multitudine episcoporum cum dominis Cardinalibus idem
privilegium, quod ei captiuitate fuerat extortum, damnauit, omnibus regibus, qui
eodem priuilegio ad de honestandam ecclesiam vel aporiandam veterentur, ali-
quando maledictionem pro benedictione firmissime ac terribiliter inducens.
Non immerito ergo Sanctum vocat Baronius nostrum Conradum,
In actis, inquit, S. Gebhardi luuauiensis sive Salzburghensis archiepiscopi anti-
quitus scriptis ab auctore eius temporis hoc de S. Conrado eiusdem ecclesiae archie-
piscopo leguntur, que ab hoc anno & ex eadem causa secuta sunt mala. Quæ
porro post hanc aureis literis consignandam Conradi aduersus Imperatorem constantiam, passus sit, vix illa stili atrocitate explicari
potest. alterum Athanasium dixeris. Audi quæ sc̄iptor vitæ S.
Gebhardi de Conrado subjungit: Exinde, inquit, odium Imperatorū &
eius fautorum in tantum incurrit, ut in eius persecuzione, sicut de B. quondam
Athanasio legitimus, totum pene conjurauerat regnum & commotis sunt principes
terra, nec ullus locus tutus supererat ad latendum, dum ad inuestigandum eum
omnes mouerentur. Infra vallem Admutensem, in cuiusdam spelunca montu
dimidium pene annum est occultatus. Kursus eiusdem infra monasterij cellu-
lae ambitum in cellario subterraneo x v i. hebdomadibus latitauit. In cuiudam
gurgite amnis usque ad mentum immersus diem integrum exiguit. Inde clan-
destino discessu Saxoniam petens a Magdeburgensi archiepiscopo venerabilis A-
dilgoz nomine officiosissime suscepit est & retentus, qui etiam quotquot ad ipsum
patrem nostrum Chunradum Salzburghensem episcopum occulte obmetum Ce-
arianorum pedites veniebant, multis muneribus honoratos, equites remittebat.
Miseratione diuina, pace redintegrata, ecclesia a Luitpoldo Stirense marchione
in manu fortis requisitus ad suam honorifice post nouem annos: eductus est sedem.
Rursum ecclesie propria strenue inuigilauit, & inter ceteros eiusdem Salzbur-
gensis

gensis ecclesiæ dignos per ipsum profectus maioris ecclesiæ Clericorum vitam in melius informatum, & communem vitam Canonicotum S. Augustini ibi initiauit, anno dominicae incarnationis CIO. c. XXI. Denique idem auctor de eiusdem morte apponit, Memoratus autem piæ mém. dominus Chunradus archiepiscopus ab initio ordinationis sive usque in finem vita sive, ecclesiam nostram misericorditer fouens & protegens preciosumque ac præclarum opus monasterij, quod heu postea incendio perire, marmoreis columnis apud nos instituens quadragesimo secundo episcopij suo anno senex & plenus dierum V. Idus April. felici fine quietuit. Anno incarnationis domini CIO. c. XLVII. dignus & tisque qui cum Neemia Deo dicere possit, Memento mei Deus in bono & ne deleas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei, & in ceremoniis eius. Exceptis enī duobus monasterijs sanctimonialium in Chiemsee & Gosse, qua illum audire noluerunt, quae ipsum contempserunt, nulla ecclesia vel monachorum vel clericorum aut sanctimonialium in toto eius episcopio fuit, quae non aut sub ipso construata, aut per eum in rebus interioribus aut exterioribus meliorata & augmentata fuerit. Ipse ergo accipiat benedictionem a domino & misericordiam a Deo salutari suo. Ipse nempe dilectus est Deo & hominibus cuius memoria in benedictione est. Hic est deuinitus directus in expiationem provincie Salzburgensis, que tulit abominationes impietatis, & erexit nobis cornu salutis & totius religionis. Fuit autem nobilissimus ortus natalibus, patruus videlicet duorum Comitum de Amburgen Ottonis & Kapotonis. Hundius, Hic, inquit, Conradus Gurcensi epys. scilicet p. 9. 5. 3. f.

copatiū suam diœcesin & suos terminos dedit. Rexit ecclesiam annis XLII.
moritur anno CIO. c. XLVII. senex & plenus dierum, vir
sanctus & pius sepultus est ante altare

S. Erentrudis.



B. OTHO

B. OTTHO MINOR,
 VLTIMVS STIRPIS DYNASTARVM RIETTEN.
 BVRGENSIVM EX BABONE ABVSINO
 ORTORM. RELIGIO.

S V S.

*Post annū C. I. c. CL.
 Hund. lib. stemm. p.
 122, 23, 24.
 Wolff. Selend. p. 124.*

*Auent. p. 622.**Wolff. Selend. p. 124.*

Nobilissima fuit Riettenburgensium familia, quæ nomine ab castro, oppido & præfectura ad flumen Alamanum traxit & potenterissimos aluit dynastas, qui longè latèque per Austriam, Voitlandiam, Franconiam, Boiariam dominabantur, ubi passim fundos, agros, oppida, pagos, vicos possidebant, magnaque in Deum pietate ferebantur, adeo ut tres merito possint inter diuos ac beatos recenseri; duo Henrici, de quibus supra memoratum, & hic Otho apud Valderpacensem ædem religiosus, quod coenobium maiores eius anno P. C. N. c. 10. c. XLIII. Innocentio II. Pont. Max. Lothario imperante D. Bernardo adhuc inter mortales degente, decimo ante supremum eius diem anno, condiderunt, situmque est in Palatinatu haud procul à Chamo. In Boiaria aquilonari, inquit Auentinus, *Henricus de Lechsgmund & Graisbach tetrarches, Litogarda uxoris filius Volcardus, Cesaream; Otho filius Henrici, nepos Ruperti, pronepos Babonis comes de Riettenburg, urbis Reginoturgensis præfetus, Valderbach condidit, ceremonijs Cistertiensibus initiant.* Hæc Auentinus. Hic ergo noster Otho vltimus Comes ex hac principe stirpe oriundus, omnibus rebus humanis Deo cæloque posthabitis vltimam paupertatem consecutatus, monachum in Valderbachensi contubernio induit, & inter principes virtutes semper coluit omnium rerum contemptum, inter quas & seipsum in primis posuit, ut illud Christi præceptum sequeretur, *Qui vult venire post me, abneget seipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Tunicam ergo quam vnicam duntaxat gestabat, posuit nunquam, lauit nunquam, nunquam mutauit. Sic enim de illo vetera apud sanctum Emmerarium monumenta: *Beatus Otho junior & vltimus Comes de Riettenburg ex sorte hereditariae partis, quæ ipsi contigit, volens in terram ciuentium potius dirigere portionem suam, monachus factus est in monasterio Valderbach, pauper factus ex diuite, Christum pauperem complexus, plus ceteris fratribus in gazarphy lacum*

lacionis domini misit: illi sua, hic se totum propter Deum dedit. Inter alia de-
nitionis studia eam fertur conseruandam habuisse, quod sola tunica & cuculla
(quam in vigilia omnium Sanctorum induit) usus, & contentus toto anno, ut
nec propter lauare ipsas res, nec propter aliud sui commodum ea vel ad mo-
mentum deponeret, aut mutaret. Hæc ex antiquo M. S. Codice.

bibliothecæ S. Emmerammi Ra-
tisponæ.



Y.

B. MACA-

S. MACARIUS
EX MONACHO RATISPOENSI ABBAS HERB.
POLITANVS APVD S. IACOBVM. ET
GREGORIVS IBIDEM ORDI.
NE QVARTVS.

C12. C. LIII.
Chron. Ratiss. M. S.
Avent. p. 631. In-
golft.
Francisc. Grienewald.
in not. M. SS.

Gwil Eisengrein de
scriptor Eccles.
Litera Embriensis doctissimorumque vatuum fuit. Inde Columbanus, Chilianus & plerique alij in
Herbis. Episcopi fun-
dationis pag. 1. B. lit.
Chron. Scot. Herbis.
S. Iacobi p. 3. & seq.
Trithem. Chron. Hir-
saug. ad annum 1239.

Idem Chron. monast.

S. Iacobi apud Her-
b. Ne est quod te Hester
de Eich, Leslaw, &

Tensonius moueant,
sibi. Scotis inquam
nouis & Britanicis,
hos DD. afferentes.



ACARIVM ex Hibernia insula (quæ & Scotia pris-
cis dicta, non illa Britannica) Ratisponam venisse
præter manu exaratas chartas testatur Auentinus,
Hibernia insula est, inquit, quæ ultra Britanniam in Oceano
septentrionali cubat, cuius Plinius & Ptolemæus mentionem fac-
unt. Ea de qua dico Hibernia apud maiores nostros secunda religiosissimorum
doctissimorumque vatuum fuit. Inde Columbanus, Chilianus & plerique alij in
Germaniam migrarunt. Scottos nunc (imo & olim ita nuncupabant)
Diuis hinc Marianus cum sex condiscipulis Reginoburgium deuenit, & in tem-
plo extra mœnia orbis habitavit. Magnus eò gentilium eius numerus benefi-
ciorum & pietatis & misericordia & amicitia Boiorum prouocati, breui confluxere intra mœnia, vt dixi, templum amplifi-
catus. Omnis placebat, uno ore omnes omnia bona de ipsis dicebant, famaque hac
impulsus Hainricus dux Boiorum Fauium veterem Romanorum Coloniam, quam
nunc Viennam vocant, instaurat, Scottis templum dicat. Sanctum cum qua-
tuor & viginti socijs Reginoburgio Viennam emigrare jubet. Valdbrunus
de Rauchshouen Aichstadij suburbanum templum, rotundumq; extruit, Gerar-
do cum condiscipulo Reginoburgio euocato tradit. Emericus quoque Virze-
burgensis episcopus Macarum apprime doctum, abstemiunq; e Boaria acci-
dit, eidem atque philosophis templum turbe condit.

Aperte etiam & diserte chronicus liber Ratisponensis ex quo
Francisc. Grienvaldus hæc enotauit: Tunc fauente diuina gratia fra-
trum crescente multitudine (ad S. Iacobum scilicet Ratisponam) fama benignissi-
ma claustræ eiusdem non tantummodo per fines VVauarie, verum etiam usque
ad fines Francœ se longè lateque diffuserat. Quapropter felix patriarcha
Herbipolensis ecclesiæ Embrioco locum celle & agros suffientes ad usum fratri-
bus in suburbio Herbipolensi Dei & S. Kiliani cognatione & deuotione hilari plan-
dente populo Herbipolensi Scottis concepit, ad quem locum regendum cum aliqui-
bus fa-

bus fratribus virum Deoplenum Macharium lege diuina doctissimum atq; ar-
tium liberalium studijs celeberrimum abbas Christianus Ratisponensium Scoto-
rum in abbatem direxit. Dein addit de suo huius D. Macarij corpus
ante triennium (anno nempe c. 10. 190. XII.) Herbipoli cum in-
genti omnium gaudio repertum, testem adducit abbatem Scoto-
rum Ratisponensium ex quo se affirmat id accepisse.

Cæterum Trithemius huius sanctissimi viri mores, vitam, &
quæ viuus mortuusque admiranda patravit, diligenter exponit.
quanquam de Ratisponensi coenobio nil meminerit, nemo quippe
vnum tradit omnia; monumenta tamen Ratisponensia diligenter
memoriam eius custodierunt, quæ ipse vidi & legi & exscripti. Et
Auentinus testatur ex Ratisponensi coenobio missum Herbipolim
vtjam legisti. Sed juuathic Trithemij verba subscribere: quæ ad
S. Macarij eximias laudes pertinent. Macarius, inquit, natione, Sco-
tus, professione Monachus, de abbatis sui permissione pro Christi amore peregrinus
& exulta de Hibernia, venit in Franciam Orientalem, quæ antiqua nomi-
natur, anno Christianorum millesimo centesimo tricesimo octauo, eo videlicet tem-
pore, quo Embrico reuerentissimus praesul Herbipoli strenue gubernabat ecclesi-
am anno pontificatus illius secundo; quo huius coenobij D. Iacobi Apostoli funda-
menta locauit, ad instantiam & preces Christiani Monachi qui B. Macario po-
stea in abbatis successit. Fuit autem Macarius, vir per omnia Deo deuotus, vi-
ta & conuersatione sanctissimus, quippe qui ab infantia sua omnipotentis Dei ser-
vicio mancipatus in monasterio sub norma & institutione D. patris Benedicti re-
gulariter viuere a sanctu præceptoribus didicerat. In orationibus ad Dominum
semper fuit pernigil atque deuotus, mente & corpore omni puritate nitens, virgo
incorruptus, & in obseruantia mandatorum Dei studiofissimus. Nemo vidit
illum otiosum, nec tristem, nemo mente turbatum: sed amore diuino astuans sem-
per aut orationi aut lectiōni diuinarum scripturarum intentus erat. Studebat
se in omnibus irreprehensibilem Deo seruum exhibere, ut nihil penitus eorum ne-
gligeret, quæ illum nouerat præcepisse. Corpus suum cupiens spiritui subycere
magnam multo tempore abstinentiam tenuit, & usque ad mortem nec vinum bi-
bit, nec carnes manducauit. Veniens itaque in Franciam cum duobus fratri-
bus Christiano videlicet & Eugenio primis huius coenobij abbas ordinatus est ab
Embrichone prænominato pontifice anno domini c. 10. c. XXXIX. indictione II.
die videlicet mensis Septembris tertia, & prefuit annis XIV. mensibus IV. diebus
XX. Ordinatus autem huius tunc inchoati coenobij abbas pristinæ conuersationis
rigorem in nullo minuit, sed usque ad mortem in sanctis operibus perseverans eti-
am viuus miraculis coruscavit. Contigit enim anno dominicae nativitatis præno-
tato millesimo centesimo tricesimo nono, circa festum S. Archangeli Michaelis,
quod a Pellegrino abate S. Burchardi, cum alijs quibusdam notabilibus viris in-

uitatus ad mensam resideret: cumque pro sua consuetudine abstineret a vino & aquam intus nemo praestaret, ministro aliud nihil infundente quam vnum, ut pote qui vita eius institutionem aut nesciebat, aut certe disimulabat, caput viri et in medio epulantium sitire. Sed cum praevere cundia aqua postulare non auderet, premissa oratione mentali ad Deum, sinistra manu poculum arripuit, & faciens de super crucem dextra vnum in aquam conuertit, & cum gratiarum actione bili. Videntes eum bibere, qui circumsidebant, eius instituti scientia habentes, poculum obseruabant, & inuenio certissime, quod vinum oratione mutasset in aquam, ultra modum sent admirati. Hoc miraculum attestacione multorum qui fuerent presentes, notum factum est per totam prouinciam Francorum & in ore omnium Macarius verus Dei cultor & seruus praeclarus & laudatus est. Embriaco quoque Heripolensi reuerendissimus presul, huius intuitu miraculi, s. abbatis Macario & eius successori, clero consentiente sua, benedictione contulit integrum prebenda Canonicalem in Ecclesia Heripolensi maiori, perpetuo duraturam. Magna hinc populi deuotio crevit ad locum, & multi pro animarum suarum remedio huic canobio multa contulerunt. Post annos septem Ecclesiam monasterij jam pane consummata B. Macarius abbas pro acquirendis indulgentiis & reliquijs sanctorum in propria persona sanctam Romanam visitauit Ecclesiam, literis commendatiis Episcopi Heripolensis comitatus. Eo tempore praefuit Ecclesiae Romanae Eugenus Papa III. S. Bernardi abbatis Charauallus Cisteriensis ordinis quandam monachus atq; discipulus, pater pauperum & hospes peregrinorum, qui venientem ad limina Apostolorum D. abbatem Macarium, ut verum Dei seruum, cum ingenti lacertia suscepit, & omni humanitate liberali prouisione tractauit. Factum est autem in quadam feria VI. sedente ad mensam summi pontificis, paupere Macario, quod turris Ecclesiae s. Iacobi Heripoli, aquilonaris impulsa turbinis mota corruerat, & quasi fuit datus collapsa fuit. Quod cernens vir Dei in spiritu non considerans ad cuius mensam sederet, cum gemitu exclamauit, O Deus parce misellus, ne deuotio fideliū pereat. Quem manu contingens pontifex dixit; quid habes frater, & quare ingemiscis? qui vere cundia taetis nihil respondit. Iterum possea interrogatus ad partem, turris ruinam monasterij suitam longe distantis aperuit, & quomodo hoc viderit in spiritu, pontifici reuelauit. Notauerunt horam qui fuerunt presentes, & reuersi Heripolim omnia, sicut dixerat, contigisse inuenierunt, ita ut viajatio patris & ruina turris in uno momento concordarent. Erat homo in ciuitate Heripolensi, nomine Dudo, qui sebrium diurno languore exhaustus jam prope videbatur moriturus. Eius vox, cuius nomen non tenemus, famam sanctitatis viri cupida, ad monasterium s. abbatis, deuota currit, & ut preces ad Deum pro infirmo suo marito funderet humiliter rogauit. Cui vir Dei respondit, non sum eus apud Deum meritus, ut infirmantibus possim dare sanitatem, orabo tamen libens, quatenus omnipotens & misericors dominus tuam devotionem exaudiat, & quod judicauerit viro tuo esse salubrius faciat: vade & tu ora salubriter. At mulier postulauit ab eo ut aquam circulo contentam & oblatam

oblatum in nomine Christi benediceret afferens se in Dei misericordia omnino habere fiduciam. Qui mulieris importunitate vixius crucem super aquam edidit, & eam abire iussit. Leta igitur abscedens aquam a viro Dei benedictam marito bibendam plena fide ac deuotione obtulit: quam ut biberit, mox omnis ab eo infirmitas recessit. Anno de hinc domini nostri Iesu Christi CIO. CC. LXIII. prefuit monasterio S. Iacobi praesenti Ioannes abbas vir magnificus & Deo deo-
tus, qui chorum Ecclesie nostrae amplians de novo construxit, & fenestrarum exor-
nauit, & jacet ante venerabile Sacramentum corporis domini sepultus, crurium
& tibiarum debilitate infirmabatur aliquanto tempore grauiter; qui tandem ad
merita S. Macarii confugiens se supra sepulchrum eius in orationem posuit, &
omnium membrorum suorum sanitatem plenarie consecutus fuit. Contigerunt
& alia circa eius monumentum retroactis temporibus miracula, quae veterum
negligentia, & fratrum incuria, literis non sunt commendata. Hoc etenim prae-
cipuum a Deo munus beneficij praestandi fidelibus obtinuit, ut sicuti pro Christi
amore incendium carnis suae vincendo superare studuit, ita morbos febricitanti-
um hominum inuocatus fideliter extinguit. Subiungit dein, Hoc anno CIO.
C. LII. S. Macarius primus huius cœnobij abbas moritur. In eius transitu
voices sanctorum Angelorum cantantium audiuntur. Sepultus est in capella
prima S. Iacobi sub lapide eleuato, cum tali inscriptio, Hic jacet Macarius, pri-
mus abbas huius Ecclesie, per quem Deus vinum in aquam conuerit. Laudat-
tur idem vir sanctissimus in tabulis Embrichonis, quæ extant (de
fundatione monasterij) Episcopi Heripolitani.

Sequitur in codice Ratisponensi de Gregorio eiusdem Virz-
burgensis cœnobij præside quarto, ut numerat Trithemius, secun-
do, ut chartæ Ratisponenses, sed Trithemij maior auctoritas.

Tunc virum S. Gregorium Spiritus S. gratia sic nominatum de claustrō charia ^{charia}
Ratisponensium Scotorum in abbatem elegérunt Herbipolenses fratres vnanimi-
ter, qui ex re ionien habens super gregem sibi corimissum euigilans, erga pauperes
& præcipue peregrinos in tantum studebat, ut quantum manus eius poterat at-
tingere, publicè priuatèque egenibus largiretur, qui in tali studio post paucos an-
nos hilari mente ad Christum transiuit. Cumque eodem anno quidam arre-
ptus ab inimico ligatus traheretur (ad sepulchrum) ut ibid. fratres pro eo Excelse
rogarent clementiam fusis precibus pro eo, eundem infirmum super sepulchralem
cippum eiusdem abbatis, ut erat catechatus, fratres imposuerunt, statim idem dæ-
moniacus trahentes nigrimos innumerabiles, meritus patru Gregorij adiutus,
euomuit. &c. Atque haec de peregrina sanctitate in Boiariam & re-
liquam Getmaniam ex Hibernia delata, quæ nobis & hoc
& alia multa sanctitatis lumina
submisit.

B. VVALTHO seu BALTO
ABBAS AD VVESSONIS FONTEM CVM E.
THIENTONE M. ET SEX SOCIIS
M M.

D. C. LV.
Ex M. S. Andecensi
de SS. et VVessenbrun-
nenis, Ms. S.

Huius vitam habes
vol. 2.

Inter Tegernses ab-
bates nullum lego no-
mine Beatum, nisi
fortasse nomen exci-
dit, quod factum pu-
to. Nam à condito-
ne tantum p̄fisi sunt
ceat ergo nobis ex an-
tiquis huc chartis ad-
dere sextum Beatum,
quem re & nomine
auctor appellat Beatus.

chrum eorum liberatus est. Similiter eiusdem monasterij quidam abbas re &
nomine Beatus, à Deo ornatus est miraculo, nam cæcus quidam ad eius mona-
sterium illuminatus est. Item & Simpertus ante episcopatum fuisse dignisci-
tur in monasterio Maurbensi, cui præfuit sub B. Patris Benedicti regula, qui
monasterio per annos cō-
stat in monasterioque Sanctorum Vdalrici & Afyæ: itemque in eodem canobio
Augustensi fuit Regnobaldus primus abbas eiusdem loci postea Episcopus Spirensis
verosimile est plures factus, quietiam claruit miraculo. Item & Thoto fundator & abbas I. cano-
bi fuisse. Auenimus bīj in Cittipura. Etiam in eodem monasterio Augustensi diaconis claruerunt
multis miraculis & signis abbates venerabiles Rupertus, Bernoldus, Isgrimus,
Conradus & Athon inclusus ibidem fuit; de quibus leguntur gloria facia tam in
vita sua quam post eorum obitum felicem.

De VValthone porrò ex tabulis M.SS. VVessenbrunensis co-
nobij hæc transcripti. Notum autem sit omnibus S. VValthonem (sic enim
nominant



B. WALTHO.



R. S. Senior f.

Ter binus fontis quondam rubuere metrotas,
Appositus domino cum satisce dapes,
Vibra Walboni pariter quoq; paruit unda,
Cuius ad imperium mox liquor erubuit.

Ante tamen presit domini vestigia Waltho
Expressaque sua religione Deum.
OMNIA PARENTI PARENT: fluit as; riget unda,
Stat caelum, medio nox hebet atra die.

Y 4

nominant

815

ALBERTA BIBLIOTHECA VATICANA

1716

nominant illum veteres rerum diversarum catalogi) huius monasterij & loci
Vvesobrunensis abbatem à primo decimā tertium mira abstinentia & omni-
um virtutum exercitio & vixisse & virum fuisse pium, deuotum & præsumē
omni sanctitate plenum. Idem reuerendus in Christo & sanctus pater, cum sit
regiminis tempore, monasterium adeò vini penuria laborasset, quod sacerdotes
minime sacra facere possent, misit tandem accessitum ad se famulum, cum vitro
amplo & albo & nodulis cœruleis affabre ornato ad fontem Vvesonis pro aqua
apportanda, quam ubi signo sacro sanctæ crucis signasset, & benedixisset, mox a-
quam vinum factam, idem famulus gustauit, & presbyteris ad Missas cele-
brandas tradidit. Electus fuit anno Domini 1129. præfuit monasterio 26. an-
nos & tres dies, & postquam plurimas molestias perpeccus fuisset a nobilibus & i-
gnobilibus bona monasterij inuidentibus, pie in Christo non sine opinione sanctita-
tis obiit ipso festo S. Ioannis Evangeliste. Primum sepultus est in introitu cap-
pelle S. Nicolai, proinde ne tam Sancti viri reliquiae vulgi tererentur pedibus, cor-
pus eius magno honore levatum & in medium Ecclesia maioris retro altare omni-
um Sanctorum translatum est, & sepulchrum magno lapide obductum, circa
quem octo magnæ candele adhuc habentur & videntur singulis festis diebus ac-
censa. In huius rei memoriam posteris recolendam vitrum adhuc, ut alia sacra,
vix monasterij in sacristia reseruatur.

Codex habet 27. ana-
nos. Sed catalogus ab-
batum 26.

Insuper Thiento abbas nonus huius loci, anno 15. CCC. XLIV. electus
temporibus Ottonis primi & S. Vdalrici Episcopi Augustensis, martyrij coronam
ciam cum alijs sex fratribus suis per decollationem capitis ab Vngaris eo tempore
provinciam Boiariam mirè vexantibus & deuastantibus, adeptus est, in loco non
procul a cœnobio disjuncto qui lingua vulgari ut antea, Vvesesbrun appellatur, quo
in loco sepulturæ omnes simul traditi sunt. In huius factis signum ergebatur pau-
latim a Christifidelibus capella lignea, quam ante nouem annos R. Dn. Benedi-
ctus abbas huius nominis II. pia memoria depositus, Zelo diuino permotus, & nouam
de lateribus extruxit, quam proinde noster modernus Reuerendus in Christo pater
& Dn. Georgius abbas XLVI. cuius regimen Deus Opt. Max. fortunare semper
velit, ante tres annos consecrari a Reuerendissimi Episcopi Augustani R. Dn. suf-
fraganeo summopere sollicitauit, & consecrari honorem S. Crucis fecit. Ipsi
autem SS. Martyres ab eo loco translati requiescunt modo in uno monumento in
basilica B. Mariae Virginis prope maiorem Ecclesiam SS. Petri & Pauli Aposto-
lorum consupulti.

In catalogo ep. XI. Vida
S. Gregorius, no. 6.
organum scribitur.

Et quemadmodum supradictus S. Vvaltho & reliqui septem martyres ha-
bitenus usque nondum fuerunt in sanctorum numerum relati, ita & maiores no-
stris & antecessores nihil de illis in choro peregerunt, nisi quod pia corda fecerunt
illorum vitæ sanctitatem & sanguinis pro Christi amore effusio-
nem summis suspirijs procul dubios epe sapientius
recordando.

S. HART.

S. HARTMANNVS

BOIVS EX CANONICO AVGVSTINIANO
BATAVIS BOIORVM, EPISCO-
PVS BRIXINENSIS.

C 12. C. L X V .
Calendis Ianuar.
Ex M. S. iænobij Pol-
lingani.
Tom. II. Can. ant.
lett. p. 296.
Radenicu l. 1. c. 14.
Baron. XII. annal.
Hund. metrop. Sa-
lub. p. 160.
Vita S. Leopoldi. An-
fry.



Artmannus haud procul Batauis Boiorum (in Pollin-
gano agro, vt nonnulli putant) fortunâ vti non sum-
mâ, ita nec infimâ, honestis maioribus natus, admo-
dum puer à parentibus D. Nicolao (cuius ædes est ex-
tra Batauorum pomœrium, culta à viris religiosis, qui
in S. Augustini Canonicas leges juratunt) initiatuſ, literas cum pie-
tatem audie hausit, vt intra paucos annos plurimum promoue-
ret. Florebat id ætatis Iuuauij Conradus Pontifex morum sancti-
tate & fama defensæ libertatis Ecclesiasticæ inclitus, cuius vitam
supra collocaui. Is sacrum sacerdotum collegium Salisburgi in
ordinem redigere statuerat, & ad S. Augustini normam efformare.
His exempli cauſa Hartmannum, quod mores eius essent legis lo-
co, decurionem è domicilio S. Nicolai impetratum præfecit. Nec
longa temporis intercapedo intercessit, cum jussus est Chiemensis
Ecclesiæ præfecturam suscipere, in qua perinde vt anteſ ſubiectos
factis magis quam verbis ad virtutem eſt hortatus. Interhaec D.
Leopoldus Austrius nobilissimū & amplissimum cœnobium con-
didit Neoburgi, quod clauſtrum Neoburgense eſt appellatum.
Huius ut sancta jaceret fundamenta, ab Contado Iuuautensi po-
nitifice magnopere Hartmannum Chiemensis tum ædis præſidem
diu expetitum impetrauit, qui magnum operæ precium ibi fecit, &
tam virorum curam, quam ſacrarum virginum tutelam ſuscepit,
multaque diuinitus didicit & docuit. Commendauit hunc In-
nocentius Pont. Max. Agneti coniugi D. Leopoldi, & filiis eius
poſt mortem Leopoldi his verbis: *Dilectum quoque filium nostrum
Hartmannum eiusdem loci præpositum, pro B. Petri & nostra reverentia honore-
tis & diligatis, & in suis neceſſitatibus, paternis ſtudeatis affectibus ſubuenire &c.*
Est eiudem mentio apud Thomam Haselbachium anno c 19.
x x i i. in M. S.

Confederat inter domesticos lectioni ſacré intentus, cùm te-
pente consurgens exiliit, cœnobiumque egressus ad ædes quafdam
properans (in quibus ē cœnobia quidam negotiorum cauſa cura-
bant)

B. HARTMANNVS BOIVS EPISC. BRIXINENSIS.



R. S. Somior f.

Tam duras, Hartmanno, potes tibi dicere leges?
Tam corpus duri subdere verberibus?
En velut incudem tunica tua torgu minister,
Vix ferrum ferret, quod tua membra ferunt.

Tam grauis haud ullus mortalibus incubat hostis,
Quam (quem fors tecum) tu tibi, quisq; sibi.
Ergo ne corpus menti seruire recuset,
Menisque Deo, corpus sic anima mea premus.

bant)

100 - LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

100

bant) cum ad fores constitisset, suos ingenti clamore euocatos propripere se inde extemplo jussit. Vix illi pedem domo extulerant; cum subito tota moles vastâ ruinâ procubuit, qua elisi fuissent omnes, nisi præsenti periculo, beneficio præsulis sui, fuissent subducti; quod ipsum eius ope euaserunt quoque cum multis vectoribus nautæ, qui scopulo haud procul cœnobio adhæserant, flumine nauigium in exitium trahente.

Interim Reinbertus Sabionensis antistes apud Brixentas in Teriolis vita cedit, cuius infulam, sacrum ibi patrum consilium Hartmanno obtulit, qui rem inibi quoque præclarè gessit, ac primo statim anno Reinbertum nobilem dynastam & copiosum induxit ut viris religiosis cœnobium haud procul Brixinâ moliretur, qui comunicato cum coniuge nobili Boia, consilio, Nouæ-cellæ contubernium S. Augustini fidalibus posuit, qui hodièq; egregiè nomen & religionem tueruntur. cuius initia cælesti non caruere prodigo. Alebat Reinbertus in sinu impuberem filiolum Vdalricum, huic sua bona ex asse testamento transcribere cogitarat, ac proinde Hartmanno negarat suæ opis esse cœnobium excitare, satis se Deo, ut speraret, pro sua tenuitate facturum, si domum hospitale exædificaret. Interea tamen temporis, cum paruulum suum filium olim in sinu ferret, coepit precari Deum ardentibus votis, ut si natus ille suus à virtutis tramite, vir olim aut adolescens declinaturus esset, maturo fato præriperetur. Rata habuit vota tam futuri quam præsentium cognitor Deus; puerum intra teneram innocentiam & atatem, ne in prauum defleteret sustulit, & Reinbertus viris religiosis sacrum domicilium constituit, quibus omnes opes suas & facultates addixit, ac demum exutus omnibus humanis commodis nudus & ipse nudum Christum in eodem, quod ipse posuerat, cœnobia secutus, vitam beato fine conclusit omniāq; apud cælites cœnupticato fœnore recepit.

Sexto dein & quinquagesimo supra millesimum centesimum anno ad comitia Reginoburgica, accitu Friderici Ahenobarbi Imperatoris Hartmannus venit, ubi lis inter duos Henricos vitricum & priuignum composita est: & Henrico Austrio patruo data Austria; Henrico Leoni nepoti Bauariam addixit Fridericus, cui sententiae pronunciatae testis fuit inter alios & ipse Hartmannus. Ipse interim attentus ad ouilia, velut princeps pastorum in cultu, victu, officijs aulicis eandem coluit frugalitatem, parsimoniam & modestiam, quam ante colere consuerat, memor illius; ut quo altiores sumus, hoc submissius nos geramus. Itaque si quotidiana vi-

Z uendi

uenditionem eius inspiceres, monachum crederes, quo nullus religiosius vitæ sanctioris institutum & leges custodiuimus, nemo intra coenobium tam castè, sanctè, parcè, sobriè vixit, quam ille extra, nec nisi semel in die, præter dies anni celebriores & domino sacros cibum sumvit; eumque non ex macello petitum, vel præda aucupio capta, vel venatione quæsitum, sed humi natum, qualis per cineraria adhiberi solet. Intimæ tunicæ loco, molestam & seris horrendam telam, qua corpus assidue fodicabat, induit, eodemque textu femoralia gestauit, quæ nec per noctem quidem exuit, quo ad foeda & inusitata ploræ impetigine contactus thoracem montu rogituque familiarium posuit. Proximam cilicio tunicam lana factam non nisi cum corpore & vita sibi detrahi passus est: quin & quod obstupescas, nullo non die tergum virgis cædendum præbuit, cum de quotidianis lapsibus summa cum animi demissione se apud sacerdotem accusaret, nec id supplicij genus pro suis duntaxat noxis subibat sed cum ab aliis etiam per urbis vias peccaretur, quod ipse videret, id suis culpis adsignabat, & postridie de tergo suo pro alienis noxis Deo satisfaciebat. Salutari hostia quotidie, non sine largo lacrymarum imbre litabat, nisi valetudine præpediretur. Ori frenos tam arctos imposuit, suis ut horis non minus religiosum coleret silentium, quam iij qui in medijs claustris tacendi & loquendi tempora legesque obseruare coguntur. longiora somni spacia etiam vestis asperitas excludebat, quanquam magnam noctis partem, per se quoque vigilabat, sibi durus semper, facilis & mitis in alios præfertim miseros & egentes.

Cælestium porro rerum contemplationi adeò deditus erat, vii rei familiaris per totam diœcesin omniumque censum, prouentuum, decimarum procurationem Conrado à sacris administro commiserit, viro in pacis fido probo & religioso, quem secum ex Pollingano religiosorum coetu comitem & socium laborum adsumfit. Erat is Conradus præses ædis sacræ Pollinganæ, de quo hec in syllabo Præpositorum Pollinganorum nuper ab religiosissimo eiusdem phrontisterij præsule Kiliano ad me missso, cognoui.

Chunradus Præpositus huius loci piae mem., obiit anno domini 1180. qui hanc ecclesiam libris & sacris vestibus diligentissime decorauit, & iste Chunradus fuit Canonicus nostri monasterij Pollingensis, vir vite & venerabilis, strenuus, fidelis, prudens & familiaris, Capellanus D. Hartmanni Briximensis episcopi sibi ad eo fideliter & constanter rigido animo assentiendo, & ut propter severitatem morum alter episcopus, vel magister episcopi diceretur. Huic, quoque consilij & pie voluntatis affectu fabrica in Noua. cella initium accepit. Mortuo igitur Chunrad-

B. HARTMANNVS.



Oum tremoret Latium, formidandaq; securis
Cesaris horroret summus in orbe pator,
Hartmannus contra forrum, contraq; securis
Cesaris intrepitius rege paucente stetit.

Tarpeiumq; caput, sarcinaq; immobile Cephe
Defendit contra Cesaris arma pedo.
CEDANT ARMA TOGE, PLVS ARMIS PRÆSVL INERMIS
SEPE POTEST: sed cui militat ipse Deus.

Z 2

Chunone,

ДЕСЯТИЛЕТНІЙ ТРИУМФЪ

А. ГАНГАМОВЪ

Санкт-Петербургъ

1852.

Chunone, eiusdem nostri loci Preposito Chunradus iste Praepositura illius dignitatem licet inuitus suscepit, ubi & venerabiliter degens Deoque deuoti seruiens Christum religiosam vitam beato fine conclusit anno quo supra, die vero animarum S. altera Nouembris & prae fuit praelatura 32. annos.

Itaque Hartmannus quoties caeli desiderio capiebatut, ex publicorum negotiorum pelago in vicinum Nouæ cellulæ, cui à Maria gratia nomen indiderat, tanquam in portum confugiebat, ubi cœlesti quiete pascebatur, & meliore diuinarum illustrationum ac consolationum nectare inundabatur. Quem tamen secundum differebat, cum reipublicæ vius & amittendæ dotis Ecclesiastice periculum imminebat, quod per se Conradus auertere non poterat, tum verò Hartmannus contra dynastas qui vel jura Episcopatus conuellere, vel prædia, castra agroique inuadere moliebantur, non clypeo, vel hasta, vel copijs obarmatus, sed sacra mystarum acie cinctus, prælato vicitricis signo crucis, in hostem prodibat, nec quicquam vel tam audax, vel impius & contumax fuit, qui illius auctoritate, nomine & fama sanctitatis territus non illico cesserit, præsidante ab arcibus, castris aut agris non deduxerit, locumque vacue factum illi occupandum tradiderit. Ausus est etiam contra maximum potentissimum & inquietum Imperatorem Fridericum Ahenobarbum venire, quando libertas Ecclesiastica operam illius efflagitabat. Nam Adriano Pont. Max. rebus humanis exento, cum de sufficiendo mundi præsule inter Cardinales & Imperatorem ultimis odijs decertaretur, & melior pars Alexandro legitimo pontifici adhæseret, Imperator verò Victori triplex diadema conaretur imponere, eaque de re Fridericus ad Eberhardum Salisburgensem Archiepiscopum & Hartmannum, qui soli prope ex omni Germania principis gratiam negligeabant, literas daret, nunquam à sententiapotuit dimoueri, & cum Imperator alios hoc nomine vexaret, proscriberet, eorumque fines omni genere cladium vexaret, huic vni pepereit, cœlestem in se ratus vindicem animadueretur, si tantum numinis amicum offenderet. Rogarat idem Imperator eundem, cum illa transmitteret, ut sibi aram viatoriam & plicatilim ad rem diuinam in itinere faciendam iniciaret, spopondit Hartmannus facturum se quod peteret, sed non nisi Alexandri pontificis nomine, quod Fridericus libenter admisit, dummodo ab Hartmanno consecraretur.

Fuerat in eiusdem tutela, ut & priorum episcoporum Pollinganum in Boica haud procul V Veilhaimio opido nobile & perantiquum monasterium (quod etiam prædio aucto Obroluingano,

eum ex conuentu Principum quem Imperator Moguntiaci celebrat rediret, auxit; natum ibi nonnulli existimant, vt mihi praes coenobij Kilianus coram retulit) id inquam asceterium quod longius abesset Brixina. Henrico Leoni Boiorum & Saxonum Principi in clientelam, volentibus & potentibus patribus Pollinganis commisit, cuius hodie quetabulæ extant anno c 10. c. lxx. signata & apud Hundium expressæ, quarum nos autographum vidimus. Visuntur & hodie duo altaria sanctæ Magdalene & sanctæ Crucis in Pollingano templo ab Hartmanno inuncta, de quibus membranæ testantur, Anno ab incarnatione domini c 10. c. lxx. indictione VII. 3. Nonas Nouembr. dedicatur hoc altare à venerabili sancta Brixinenis ecclesie Episcopo Hartmanno in honorem Sanctæ Deigeneticis Marie Virg. SS. Apostolorum Simonis & Iude, SS. Martyrum Alexandri, Felicissimi - - - SS. Confessorum Germani, Felicis, SS. Mariae Magdalene & Anastasia Virg.

Anno ab incarnatione domini c 10. c. lxx. indictione VI. 3. Non. Novembr. dedicatum est hoc altare à venerabili S. Brixinenis ecclesie Episcopo Hartmanno, in honorem Sanctæ Dei genetricis Mariæ, SS. apostolorum Andreae, Iacobi. Continentur autem de Ligno in quo passus est S. Andreas & reliquie SS. Martyrum Georgij, Vitalis, Castiani, Colomanni, SS. Confessorum ingenui, Albuini, Gislarij, SS. Virg. Eufemie, VValburge.

Iam miracula medelarum & varia prodigia in pauca confiram. Aedes S. Lamberti nomini dedicanda erat, ad quod officium inuitatus sanctus antistes rogauit præsidem coenobij, vt sibi licet extra turbas soli prandere, id cum obtinuisse, ab administratore mensæ, quamuis ægre, impetravit, vt sibi purum fontem locovini propinaret, quod cum ille fecisset, vitrumque ruta & salvia, ne res à quoquam animaduerteretur texisset, rediretque famulus ad pectum, vt teperem ex priore limpha calicem recenti latice repleret, gustauit, quod reliquum in vitro reliquerat præful, & sensit, ex optimo genere vini esse, miratusque alteri porrexit poculum, qui & ipse in usitatæ præstantiam vitis demiratus querit, vnde id genus vini optimæ notæ acceperit, tum adactum jurejurando rem silentio pressurum, exposuit quod acciderat, se Hartmanno episcopo puram vndam propinasse, ex qua succus ille reliquus redundarit.

Lapis præterea fronti altaris, quæ sacri Diuorum cineres conduntur, rite quadratus post initiationem loco reponendus nulla arte, ne ipsorum quidem lapicidarum manu quadrati poterat, donec sanctus pontifex ipse dextram admoueret, cui dicto citius cef sit saxum, & locum impleuit.

Puero dum assūm deartuaret pullum, orique admoueret, hæsit in

fit in faucibus fragmen ossis, quod nulla vi poterat excuti, jam vomit dolor interceperat; jam gula adeo intumuerat, ut nihil praeter liquorem in stomachum posset trahi. Iam lecto desperata valedicione miserum affixerat, cum caelestis adest medicus Hartmannus, qui primum ei de moribus emendandis praecpta edidit, dein fauces cereo coronauit, illumque postridie in templo accedit, & puerum in sacram eadem deducet humi precabundum prostrauit, cum ipso rem diuinam faciente, osculum e gutture pueri profiliat, secumque magnam puris vim attraxit, unde argrum sanitas integra ad exemplum D. Blasij mox consecuta est.

Multae aliæ narrantur curationes per Hartmannum factæ. Foeminæ totum os foedo liuore intumuerat, quem hausta de lotis pontificis manibus aqua, adeo abstersit, ut quæ fuerit ante, postea non agnosceretur. Omitto prodigia piscium, jumentorum, & animalium: taceo percussorem, quem is cuius Germanum occiderat, ad cædem ubique vestigabat, & ad pedes Hartmanni, velut in asylo deprehensum, non fuit ausus attingere. Vnum alterumue addam & modum narrandi faciam. Si quis ex administris diaconis aut domesticis adstaret, seu precanti, seu legenti, seu quid aliud agenti, qui fœdis cogitationum ludibrijs, aut obscenis desideriorum imaginibus luderetur, id illico sensit pontifex & tam atroci vultu peccantem intuebatur, ut reus vel extemplo mutaret animum, vel a eius se conspectu, quem ferre non poterat, subduceret. Sed hoc in primis est memorabile, & omni posteritatis memoriae conscrandum, ex quo intelligi potest, quanta sit vis dirarum & pontificiæ execrationis. Decesserat è subiectis Hartmanni vir opibus potens & equestri genere clarus, nondum sacris quibus innodatus fuerat vinculis anathematis exolutus. Huius cadauer infletum & inseptulum ut ædi sacra Nouæ cellæ liceret inferre & condere, frater defuncti laborabat, etiæq; in finem cyathum argento factum munus Hartmanno obtulit. Episcopus accepto argento (adeo dona fatigant etiam Sanctos) locum execrato sepeliendo in templo dedit. Sed unica nox sepulturæ intercessit, nam antistites ubi se ad capiendum in lecto somnum composuit, extemplo adfuere velut administris quidam eius, flamamq; luculentam propter eius lectum excitauit, ex cuius ipse calore coepit infiensem astuare sudareque. Tum versi ad jacentem famuli, quid moramus, inquiunt, quin hunc jam nunc in ardenter rogum mittimus? Hic unus intent illos qui natu maior videbatur, compellato præsule, quid, inquit, infelix tibi voluisti? quid non ausus es designare & religio-

religiones sacras polluisti, argentum accepisti, jus diuinum humumque vendidisti, damnato & execrato cadaueri terram sacram aperuisti. Proinde pars est, ut in rogum hunc, pabulum ignis futurus, immittaris, nisi spondes, te sententiam retractaturum. Pauenter dolentemque & omnia pollicentem apparitores destituerunt, rogoque extincto euanuerunt. Sed ardor in corpore præfulis habet, quem temperare conatus surgit, fenestram frigoris captandi appetit, ambulat, auram captat, sanguinem intus flamمام extingue nec quicquam laborat. Interim Conradus, qui illi à facellis erat & juxtim cubabat, somno excitus miratur, quis sit, quod præteri sum intempesta nocte in conclavi Episcopus deambularet; admisus, cum antistite mox domesticum S. Nicolai sacrarium ingreditur, & xv. Davidis odaria ambo recitant. Sed æstu Episcopum ventente & torquentे rupto præter morem silentio abi, inquit, & scyphum hunc, quem heri ab illius demortui fratre accepi, redde. Postridie coenobij præsidie eiusque domesticis sanctissime præcepit, ne proscripti ab ecclesia cadaueri suo templo domicilioque inferri patentur. Tum demum Hartmannus expiato calice, flammæ per omne corpus suum grassantis incendio liberatus, omnibus documentum reliquit sacra ecclesia jura non esse auro permutanda.

Nunc ad ultimam vitæ eius lineam accedamus. Propridie eius diei quo Christi ex virginе nati celebritas colitur, cum diuinus pontifex sacerdoti labes vitæ & peccata aperuisset, sacris summa religione operatus esset, solium abluendo corpori intravit, in eoque præter omnium spem & expectationem lustratus per vndam & gratiam, quæ corpore, quæ animo purus ad solium cælestē emigravit. Videtur præfensiſſe fata Hartmannus, qui octiduo antea quam decederet, cum populum ad preces pro defuncto & humato quodam fundendas hortaretur, de seipso subjicit. *Quid si post octiduum hunc ego sequar?* Corpus Episcopi ad quintum diem in Episcopio depositum adeo serenum lætumque præse tulit vultum, ut spiranti similius quam defuncto videretur. Et multis ipse precibus ante sollicitarat cælum, ut sibi placide pacatèq; liceret è vita abire, q; & impetravit, & placidissime obiit. Nam administrì, qui pro fortibus balnei (neque enim se nudum conspici patiebatur vñquam) præstolabantur, cum diutiis solito intus hæreret, tandem cum presbytero ingressi examinem reperiunt, capite extra labrum in brachium ad dormientis habitum, reclinato. Illustre elogium S. Eberhardi Archie-

Archiepiscopi sectator de nostro Hartmanno in historia Eberhardi posuit, ubi de Friderici Ahenobarbi dissidio ab Ecclesia narrat, Atqui Can. 10, 2. art. lett. inquit, Inuauiensem & Brixinensem Episcopos cunctorum mortalium, quos tunc p. 296. nouimus SANCTISSIMOS, nemo cum nesciat in tanta partium caligine, quæstio- ne, conquestione, in tanta omnium dubitatione, tantorum vestigia patrum tutò se- 23. Decembri qui nos posse credimus. Decessit X. Cal. Ian. post C. N. c. 10. c. LXXV. verè fidus Boiorum Austriorumque & totius orbis, tum ma-

ximè ortum, cùm passim ab orbis capi-

te deficeretur.



GERO.

GEROCHVS seu GERHOHVS

RELIGIOSISSIMVS REICHERSPER-

GENSIS COENOBII

PRÆSES.

CLO. C. LXIX.

Pag. 15. v. 4. à f.

1169.

1093.

-- 76.



Llustre sanè & primæ notæ est hoc Reicherspergensis asceterij sidus, cuius hodiéque fulgor ingenij in libris & literarum monumentis non est extinctus, quem sanctitatis quoque fama & splendor virtutis magis accendunt. Pollinga Boiarie primæ vicus, cœnobio nobilis, haud procul opido VVeilhaimiano, nobis Gerhohum edidit. maius ille patriæ decus, quam patria illius: quod sœpe vsu venit. Ne sciretur Stagira, si Aristotelem non tulisset alumnū. Natus est anno c. 10. xciiii. mortuus anno c. 10. c. lxix. cum annum ageret lxxvi. Nec est quod Gretserum in edita Gerhohi vita carpas, vbi pro c. 10. xciv. traiectis numeris, foedū xx. annorum errore, legitur c. 10. c. xiv. foedum operarum vel librarij sphalma est, non Gretseri. Pro i. v. tamen legendū arbitror iii.

Elementa liberalium disciplinarum in patro solo cognouit, deditque gustum indolis in ipsis prope cunabulis, cùm ostendit quam capax ampliūque pectus ad thesauros eruditio[n]is hauriendos adferret, cùm æquales discendi celeritate longè præcucurrit, quibus tamen in puerili astutia & ingenij calliditate facilè cedebat, quando eximio se animi candore, qui vel maximè amabilem reddit illam etatem, morūque simplicitate plerisque omnibus commendabat. Iam ex ephebis excessurus, cum sextum decimum annum esset ingressus, imò fortasse jam egressus, foedissima psoræ scabie (quæ pueritiae potissimum est infesta) caput aspersus, & à contubernalibus velut catharma horrebatur, & simul infamis morbi verecundia torquebatur, ut taceam cruciatum dolorēsque quibus assidue affligebatur. Sed abstensa tandem clemente caelo, foeda capitis impetigine, receptaque valetudine Gerhohus simul animum mentemque ab omni impura Veneris contagione segregauit, totumque se castimoniæ, quæ plurimum ad complectenda sapientiæ studia valet, addixit. Fruxinum inde & Mospurgum nota Boiarie opida profectus, omne tempus Deo & Musis consecravit. Et cum id temporis apud Saxonas Hildeshaimij juuentus li-

teris

teris optimè excoletetur, ibi quoque Gerhohus triennium in cultu ingenij posuit, haud paullò doctior in patriam reuersus. Et jam famam non mediocrem eruditioñis sibi conciliarat, cùm Augustam Vindelicorum accersitus principi gymnasio, quod tūm doctore carebat, præficitur. Erat Gerhoho facies liberalis, frons serena, gratus oris aspectus, genæ prima lanugine florentes, totus corporis habitus, sine cultu, natura ipsa ad gratiam compositus, mores emendati. Quæ omnia naturæ ornamenta & præsidia commendabat ingenij felicitas & existimatio eruditioñis, quæ fecerunt, vt Hermannus pontifex Augustanus oculos ad Gerhohum adiiceret, illūmque in consilium sacrorum patrum adscisceret. Versabatur id loci Gerhohus inter ecclesiæ diaconos nondum sacerdotij honore insignitus; quo tempore Henricus Imperator, quem Romani I V. Germani V. numerant, & pontifex Paschalis vltimis inter se odijs dissidebant, & Hermannus pontifex Augustanus à Cæfare aduersus pontificem stabant, à quo malis damnatisque artibus ad infusum est prouectus. Trahere & Gerhohum in partes studuerat, sed is nulla vi vel auctoritate seu Cæsarisi seu Hermanni se passus est à vero tramite abduci, quin & à societate se episcopi, quem Baronius pseudoepiscopum appellat, primò clam cœpit abstinentem, dein palam etiam caussam pontificis propugnare, quoad redditum per Callistū anno c. 10. c. xxi. pace Imperator in sinum Ecclesiæ receptus est, & qui diris execrationibus deuoti erant, vinculis anathematis exsoluti. Hermannum quoque cum pontifice in gratiam rediisse tradit auctor: *His autem, inquit, ut dictum est finitis & sedatis jam dictus Episcopus in gratiam Romanae Ecclesie, ipso mediante, receptus est. Ita gratus & acceptus erat jam tunc ipsi Romano pontifici & toti Curie Romanae.* Sed ex Eginonis epistola, quæ apud Baronium extat, alia omnia narrantur, illum sine speraverandæ dignitatis sede pulsum esse, & à tribus pontificibus Paschali, Gelasio, & Callisto damnatum. Verum cum illa epistola Eginonis scripta sit anno c. 10. c. xx, & Imperator Ecclesiæ restitutus sit anno c. 10. c. xxi. videtur cum Imperatore etiam Hermannus pontifici reconciliatus, cum Virspergensis & ex illo Baronius narret, omnibus anathemate schismatis percussis gratiam censuræ factam. Ita enim Virspergensis: *Mox tamen ab Apostolicæ sedis apocrisijs in communionem receptus tam ipse Imperator, quam universus sibi subiectus exercitus, imo generali absolutione cunctis hoc schismate pollutis, per auctoritatem Apostolicam facta, qualiter Ecclesiasticas inuestituras ceteraque spiritualia negotia, que tanto tempore reges Teutonici administraverunt, quæq; ipse ne regni diminueretur honor, nunquam vita comite sed dimissurum proposuerat,*

An. 1222. Callisti IV.

Virsp. anno 1222.

posuerat, humiliatus pro Christo coram multitudine maxima abnegauerit, & in manu domini Episcopi Ostiensis ac per ipsum dominum nostro Iesum Christum suèque in perpetuum ius Ecclesiae dimiserit, rursumque qualia sibi ob honorem regni obseruandum, auctoritas Apostolica concesserit, utriusque partis melius edocebunt subter annotata scripta.

Ego Henricus De gratia Romanorum Imperator Augustus pro amore Dei & S. Rom. Ecclesiae & domini Papæ Callisti & pro remedio animæ meæ dimitto Deo & Sanctis eius apostolis Petro & Paulo sanctæ Catholicæ Ecclesie omnem inuestituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus ecclesijs fieri electionem & liberam consecrationem. Possessiones & regalia B. Petri, que a principio huius discordie usque ad hodiernam diem sue tempore patriæ mei, sue etiam meo ablata sunt, quæ habeo, eidem S. Rom. Ecclesiae restituo; que autem non habeo, ut restituantur fideliter juuabo. Possessiones etiam omnium aliarum ecclesiârum & principum & aliorum tam clericorum quam Laicorum, consilio principum & justitia, que habeo ut reddantur fideliter juuabo: & do veram pacem Callisto, S. Rom. Ecclesiae & omnibus qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt, & in quibus S. Rom. Ecclesia auxilium postulauerit fideliter juuabo.

Ego Callistus seruus seruorum Dei. Dilecto filio suo Henrico Dei gratia Rom. Imperatori Augusto, Concedo electiones episcoporam & abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in praesentia tua fieri absque simonia & aliqua violentia, ut si qua inter partes discordia emergerit, metropolitani & provincialium consilio vel judicio seniori parti assensum & auxilium præbeas. Eleitus autem regalia per sceptrum a te recipiat: exceptis omnibus que ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur: & quæ ex his jure tibi debet, faciat. Ex alijs vero partibus imperij consecratus infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat. De quibus verò mihi querimoniam feceris, secundum officij mei debitum auxilium meum præstabo. Dotibi veram pacem & omnibus, qui in parte tua sunt vel fuerunt tempore huius discordie. Data anno 1130. c. xxii. ix. Cal. Octob.

Huiusmodi scripta atque rescripta propter infinitæ multitudinis conuentum loco campestri, juxta Rhenum lecta, sunt data & accepta, postque multimas laudes rerum Gubernatori redditas, celebratis a domino Ostiensi diuinis sacramentis, inter quæ dominum Imperatorem cum pacis oculo sanctâque communione plenissimè reconciliauit, discessumque est ab omnibus cum letitia infinita.

Alterum quoque non multò post, id est in festo S. Martini, colloquium Imperator cum principibus, qui priori non aderant, Babenberg habuit; ubi & tandem in sua vota concordantibus inter multa, quæ tam ad regni, quam ad sacerdotij congruebant honorem, more maiorum composita, legatos proprios cum Romanis destinauit, & utroque nuncia simul & munera ferentes honorifica domino Apostolico Calixto consanguineo scilicet jam sibimet & unitissimo direxit. Omnino ergo

ergo & Augustanus pontifex vna cum Cæsare videtur per Callistum Ecclesiæ reconciliatus.

Atenim Gerhohus jam diu ad seuerioris vitæ disciplinam aspirabat, & in contubernium se religiosorum virorum abdere cupiebat, cum parentum fratrūque cura impetum eius & studium pietatis moraretur, quibus prius consultum volebat, quam omnem rerum humanarū cogitationē abiijceret. Persuasos ergo ut ipsi quoq; certiorem breuiorēmque ad cælum viam quærent, vtrumque parentem Raitenbuchensi cœnobio, quod fæminarum olim & viorum duplex fuit, cum geminis fratribus inclusit, quos ipse mox secutus, exemplo vitæ, doctrinæ & pietatis ad constantiam, labore, excubias, & vigilias, assiduasque virtutes excitauit.

Est Raitenbuech cœnobium peruetus in Boiaria superiore, inter Etalense & Pollinganum situm, a Guelfone I V. primo Boiariæ ex ea stirpe Principe, anno c. 10. lxxxv. conditum. Huc cum Gerhohus vitæ religiosæ studio venisset, acceptus est ingenti omnium lætitia veluti Sol nouus domicilium illustraturus. Posuit cultum sacrum, ut sacratiorem indueret, amplas & opimas sacerdotij conditiones reiecit, ut in modico cultu, sobrio parcōque vietū expeditius iter cæleste ingredereetur: opes humanas, honores, infulas etiam, quas poterat sperare, paupertati, despicientiæ, humilitati vitæ posthabuit, ut olim ditior, clarior, illustriorque apud supéros appareret. Vbi rudimentum religionis posuit, tirociniūmque exegit in leges Ordinis more maiorum conceptis verbis jurauit. Sed non raro tiebat, ut adolescentuli in sacra religiosorum contubernia admissi jurarent, ex præscripto se S. Dominici, Francisci, Basilij, Benedicti, Bernardi, aliorūque patrum victuros, cum præscriptas vivendiariones nunquam aut legissent, aut vidissent, aut cognouissent. Quod eo magis demirandum est in Gerhoho, cum is & litteris probè tinctus esset, & sapientiæ laude floreret. Nam postea quam nomen inter D. Augustini sodales professus est, tum primum quæsiuit, quæ esset norma ad quam sibi omnes vitæ actiones ex D. Augustini sententia & lege essent exigendæ. Sed nusquam nec Raitenbuechij, nec in aliis ejusdem instituti vicinis phrontistériis poterant vllæ, quas vocant, Regulæ inueniri. Evidem cum hæc in Reicherpergeni volumine sincerè prescripta viderem, primum damnaui temporum & hominum id loci viuentium socordiam, qui vota susciperent, suāque fidem Deo conceptis verbis astringerent, se has illas horum patrum vel illorū leges secuturos, & interim eas ipsas leges nescirent, inibi etiam ignoratas, nec conscriptas.

A a

scriptas.

scriptas, nec exhibitas ijs, qui ad eas nomine profiteri debebant. Nam audi quid vetustissimus annualium Reicherspergensium conditor de Gerhohio profitente testetur: *Nec enim satiabatur illis diebus dulcedine illa mirabili, quam inueniebat legendō, in Excerpto de dictis Sanctorum, de vita Canonica, quo & eatenus pro regula vñs fuerant fratres sui, sed exquirerat, omni animaduersione, quomodo sibi vivendum esset secundum regulam S. Patris nostri Augustini; vel quae esset illa regula, secundum quam vivere professus fuerat. Nibit enim sufficerē pro regula vñsum est ei, quod illa non esset, quam professus fuerat. Quae regula tamen tunc in illis locis non inueniebatur,*

*De hoc Excerpto
paullò pōst.*

Arenbek in vita Leopoldi.

Brixinenis de quo supra, paullò antē certas aliquas leges compo-
suerat, sed nondum, vt reor, tum vulgarat.) Pro quare necessarium
duxit Romanum adire pontificem cum quibusdam fratribus de claustrō; quatenus regulam, quam vña cum omnibus communiter fuerat professus, claustro illi
cui erat obligatus, stabiliret, quod & factum est. Enim uero vbi in colle-
gi, animaduerti ea fuisse tempora, quibus temporibus plerique re-
ligiosorum virorum leges non ceris, tabulis, membranis, chartis
inscriptas circumferebant, sed in vñ tractatione, mente, cordibus,
moribus, & exercitatione habebant, vt olim Ecclesia Christiana
priusquam facili Euangeliū præcones sua præcepta in literas refer-
rent. Sic quippe idem auctor paullò supra de Gerhoho: *Tum vero
quanto ardore ac studio iter communis vita arripuerit, quantoque Zelo rectitudinis accensus vixerit, testis est et omnis illa Ecclesia Raitenbuechensis, testes sunt
ei omnes longe vel propè positi, ad quos fama sanctæ conuersationis eius peruenit,
testes sunt, inquam, qualiter ex arde scere cuperit zelus eius initio conuersionis sue;
ita videlicet, vt ex instantia orationum & lectionum diuinarum in tantum elo-
quium domini inflammauerit eum, vt & eloquium eius ignitum fieret vehementer,
& verbum eius sicut de Helia scriptum est, tanquam facula arderet. Un-
de confratres suos, non solum dictū, sed & exemplū ad seruandas bonas con-
suetudines arctioris vita & instituta sanctorum patrum sine intermis-
sione prouocabat. Quin etiam arguebat, obsecrabat, increpabat, secundum
Apostoli præcepit, in omnibus seipsum præbens exemplum, in vigiliis multis, in
frequentia meditatione, ac lectione sacrarum scripturarum, in multa patientia, in
castitate, atque in omni exercitatione bonarum virtutum, postremo in vñuersa
morum honestate, præclarum se reddebat. Unde etiam ab omnibus bonis ac
religiis valde amabatur. Dominus etiam corporis suæ vita vehementer sum exiit
vt a necassorijs quoque cibis sumeridis aliquanto immoderatus abstineret, adeo
vt absuntis inedia carnis, cutis ferre oīibus cohereret. Ardebat itaque to-
tus incomparabiliter per inextinguibilem sanctissimam dilectionis ignem ad Deum,
& per infatigabilem animi eius studium ad communis vita decorem. Hęc au-*

etoi

ctor Reicherspergensis de Gerhoho. Verum quod supra Excerpti, de dictis Sanctorum, de vita canonica mentionem facit, obserua lector, omnino hic illa antiquissima ex SS. Patrum sententiis excerpta & collecta intelligi, quae ante sexcentos annos etiam in coenobio Pollingano legebantur, sub Hildeberto primo eius monasterij praeposito, quae hodieq; in antiquissimis ibi membranis extant, quamuis ultima capita desiderentur. Sunt autem lxxix, sed tantum xxviii, super sunt paginae ultimis abrasis. Iuuat indices duntaxat capitam huic transferre uti constet, quae fuerit norma eius familiae, quam appellant Canonicos D. Augustini Regulares. Quamuis vox Regularis eadem sit cum voce *Canonicus*, nisi quod haec Latinam, illa Graecam habeat originem. Prafixa est imago legibus perscriptis, regina dia demate insignita, quae dextra gestat coronam, quam obedienti Monaco imponit sinistra fascem virgarum, quibus contumacem umbilico tenuis nudatum cedit; adscriptum est distichon quod latus utramque & caput reginæ ambit:

Norma paricura, tristinans claustraliam juram

Dono munieribus, corrigo verberibus.

Circa diadema utrinque perscriptum est.

SANCTA REGULA

Supra religiosum
obdientem

Supra contumacem

Obediens.

Inobediens

Incipiunt capitula sequentis operis.

I.

Quod Canonica institutio ceteris superemineat institutionibus.

II.

Quod sint res Ecclesiae.

III.

Quod diligenter munienda sint claustra Canonicorum.

IV.

Ut in congregandis canonici modus discretionis sit.

V.

De his qui ex familia Ecclesiæ solummodo clericos aggregant.

VI.

Qui clerici Ecclesiastica accipere debeant stipendia.

VII.

Ut in congregacione canonica æqualiter cibus & potus accipiatur.

VIII.

De mensura cibi & potus.

Aa 2

IX.

- IX.
Quod a prælatis sit gemina passio subditis impendenda.
- X.
Ut Canonici in cultu vestitu teneant discretionis modum.
- XI.
Ut Canonici cucullas Monachorum non induant.
- XII.
Quia auctoritate horæ canonicae celebrentur.
- XIII.
De Vespertinis.
- XIV.
De completis.
- XV.
De vigilarum antiquitate.
- XVI.
De matutinis.
- XVII.
Ut horas canonicas Canonici religiose obseruent.
- XVIII.
Quod canentibus & psallentibus Domino, angelorum assint presidia.
- XIX.
Quales ad legendum & cantandum in Ecclesia constituendi sint.
- XX.
Qui modus sit correptionis.
- XXI.
Ut pueris nutriendis instantissima adhibenda sit custodia.
- XXII.
Ut ab omnibus Canonicis ad Completorium veniatur.
- XXIII.
De Cantoribus.
- XXIV.
Quales vice prælatorum in congregacione canonica fungi debeant.
- XXV.
De præpositiis.
- XXVI.
Qualis cellararius sit constituendus.
- XXVII.
Cui committi debeant stipendia pauperum.
- XXVIII.
De infirmorum ac senum cura fratrum.
- XXIX.
Qualiter porta Canonicorum custodiatur.
- XXX.
Ut claustra Canonicorum diligenter custodiantur.
- XXXI.

XXXI.

Epilogus breuiter digestus.

XXXII.

De silentio.

XXXIII.

De tonsura.

XXXIV.

De murmurantibus.

XXXV.

De discordantibus.

XXXVI.

De detractoribus.

XXXVII.

De accusatoribus.

XXXVIII.

De clericorum habitu.

XXXIX.

Quod presbyteri assidue legant.

XL.

Ut clericus non habeatur qui ad cottidianum non venerit sacrificium.

XLI.

De eadem re.

XLII.

De clericis qui in nundinis ambulant.

XLIII.

De illis qui presbyteros male tractauerint.

XLIV.

Ut nullus presbyterorum solam missam cantet.

XLV.

De illis qui ex Ecclesiasticorum ordine aut venantur, aut accipitrib. locantur.

XLVI.

Ut Canonici religionis veste semper vtantur.

XLVII.

De fratre qui in leuiore culpa inuenitur.

XLVIII.

De gravioribus culpis.

XLIX.

De Clerico ab Ecclesia sua fugiente, & de seruo dominum suum fugiente.

L.

De duobus generibus Clericorum.

LI.

De subiectis bonis sub pastorali regimine constitutis.

LII.

Quales oporteat clericos esse.

LIII.

Quod præfationes tenenda sunt.

LIV.

De obseruanda mensa Christi.

LV.

Ut corporale ex purissimo linteo sit.

LVI.

De eos quid de calice stillauerit.

LVII.

De eo qui euomit sacrificium.

LVIII.

De Eucharistia veneranda.

LIX.

De illis qui non bene custodiunt corpus & sanguinem domini.

Apponam & initium ipsius primi Capitis, ne confundamus
hanc regulam.

Incipit regula Canonicorum Regu- larium in Polling.

Ex SS. Patrum sententijs in hunc modum collecta.

 *Via evidenti authoritate liquet canonicam institutionem ceteris præstare institutionibus, debent, necesse est, qui huius professionis censentur nomine, procurare qualiter in semetipsis eandem institutionem vita & moribus exor- nent potius quam de honeste.*

Atque hanc Gerhohus ad manus habuit, vt ex vita apparet.
Est ergo regula Canonicorum regularium planè diuersa ab regula
S. Augustini, quam nuper Simon VVerlinus præfus coenobij ad
Fontes Tessenios Diessensis cum annotationibus primùm Monachij, dein emendatiū Ingolstadij vulgauit: cuius exordiū hoc est:

J. P. N. Aurelij Augustini regula.

Cap. i.

De fraterna concordia & rerum communione.

HAEC sunt, quæ ut obseruetis præcipimus &c. Hanc Gerhohus, vt vide-
tur, desiderauit. Diuersa est ab vtraque quam composuit B.
Hartmannus Episcopus Brixinensis, vt est in actis S. Leopoldi: illius
enim prima verba sunt, sub testimonio Christi & Ecclesie.

Enim uero quæ vera & germana sit D. Augustini regula, quam
fœminis, quam viris (si quam tamen viris) præscripsit, sequendam
proposuit, septem quæstionibus expediuit VVerlinus, vt opera
non

non sit hic super ea re copiosius disputare: optem tamen & Hermanni leges cognoscere. Sed haec haetenus. Cæterum quemadmodum ædiles & architecti, quamuis ex oculorum cœiectu, quam altum, latum, rectumque sit opus, quoquo modo ex vsu visuque judicant, si tamē ipse moliri ædificium, turrim, moenia, parietes ve- lint, perpendiculum adhibent, ad cuius angulos & rectam lineam surgens opus quotidie, imo singulis prope horis examinant, ita nisi viuendi norma tabulis comprehensa, labente sensim disciplina, exhibeat, paullatim à vero rectoque in prauum declinat. Ethoc fuit quod Gerhohus vrgebat, cum ceteris religiosis, ex ijs, quæ sparsum in patrum monumentis cognorat, de communis statueret, quæ priscorum fuisset disciplina religiosorum. Quam cum segniotes negarent, illumque vrgerent, ut omnia, quæ doceret, auctoritate stabiliret (jam enim in vsum & consuetudinem quædam, vt si, irrepserant quæ ipsi non videbantur ex lege, norma, veterumque patrum auctoritate fieri) Romam profectus ibi de veris religionis suæ legibus inquisiuit, cùmque secum attulisset quod quæsierat, non mediocriter cessantium animos offendit. Quanquam enim nihil pro imperio gereret, sed factis ipsis à genere viuendi negligentiorum declinaret, id ipsum tamen ferre non poterant, & luce virtutū eius velut noctuae & vespertilioes perstringebantur, & emendatam ipsius vitam omni ratione sequendam, amandam, & ambabus manibus amplectendam, suæ vitæ interpretabantur reprehensionem & castigationem. Nec haetenus stetit illorum improbitas: sed cum virtus domesticorum non laudaret, desidiam, otium, intempestiuæ colloquia, & malos denique mores odisset, cœpit ipse dissimilibus odio esse, vexari, exagitari, imo vitâ nonnunquam perniciari. Cum interim fama virtutibus eius excitata gratissimos per omnem Germaniam spargeret odores, quibus afflatus Chuno Reginoburgensis pontifex (quem primum hoc nomine habuere antistitem) Gerhohum ab communi sodalitij Raitenbuechensis in socium laborum petiit, cuius in prouincia lustranda & pontificatu administrando consiliis vteretur, quem & impetravit, & sacris sacerdotij honoribus initiauit. Quanquam nec ibi magna quies Gerhohum secuta est, cum res communes Conradus turbaret, Designato à proceribus Imperij Germanici Lothario Saxonum regulo, viro inclito in regem Romanorum, Conradus Friderici Ducis Sueorum, qui Fridericum Ahenobarbum Imperatorem procreauit, germanus, regnum affectauit, profectusque Mediolanum ibi rex consulatus ab Archiepiscopo regium insigne suscepit. Chu-

Aa 4

no Regi-

no Reginoburgicus Pontifex & cum illo Gerhohus ab Conradis
etione abhorrens justum principem regem Lotharium secuti sunt.
Quod Conradus peragreferens vtrumque ultimis odiis insestatu-
etiam vitæ illorum insidias non raro posuit: præsertim Gerhohum
sæpius ad necem quæsivit, quod ipsum in publica celebritate &
supplicatione ad populum, tyrannum proclamasset: quæ causa fu-
it ut parceriam Chamensem, quam ab Chunone procurandum ac-
ceperat, ad quam cœnobium condere statuerat, propter factiosos,
& Conradi fautores, qui ultimas illi minas intenderant, coactus fu-
erit destituere. Inter hæc Chunone anno c. 10. c. xxx. Regino-
burgi defuncto, Conradus Salisburgensis pontifex vir optimus &
sanctissimus Gerhohum in tutelam suscepit, suoque nomine non
semelin Vrbem ad summum pontificem legatum misit, qui resini-
bi feliciter sui præfus transigit. multum enim propter singula-
rem virtutem & eruditionem gratiâ apud curiam Romanam vale-
bat. Interea temporis Reichenbergij cœnobij præses ad vitæ me-
tam procurrens facem alteri ferendam reliquit. Conradus pontifex
Salisburgensis non alium aptiorem ad regendum id monasterium
(quod Iuuauiensis antistitis auctoritatem ditionemque respicie-
bat) Gerhoho ratus, illum ipsum anno c. 10. c. xxxii. eo destinavit,
quam ipse sacram præfecturam per annos omnino septem & tri-
ginta cum summo Reip. bono administravit, auxit, ornauit, quan-
do pietas & religio, constantiaque & virtus in usum fructumq; to-
tius Germaniae redundauit: Ille principes, ille reges, & imperato-
res, ille præfus & antistites, ille summum & amplissimum orbis
Christiani cōsilium patrum Romæ purpuratorum, ille patrē ipsum
& rectorem nominis Christiani ausus est summa cum libertate cō-
temnis omnibus vitæ periculis, sicubi usus fuit, adhortari, monere,
verbis etiam castigare. Quæ dicendi scribendiq; libertas cum vir-
tute & religione coniuncta tantam illi auctoritatem peperit, ut vir-
tutem eius Galli mirarentur, Boëmi prædicarent, Pannones suspi-
cerent, Græci denique adorarent, pontifices colerent, Cardinales
venerarentur. ita tabulæ Reicherpergicæ testantur: *Igitur, inqui-*

pag. 6. § 7.

*unt, in regimine positus qualem se exhibuerit, qualiterque à Deo confortatus in
omnibus postmodum Ecclesiæ tributationibus, nunquam ei desuerit, sed verita-
tem constanter coram regibus & principibus non sine vite sua periculo se ipsiusme
confessus sit, ac tuitus, testis est ei tota Germania lumine doctrinæ eius & ipsa illu-
strata, & feruore spiritus ejus super multis exceſibus & abuſionibus redarguta.
Testes sunt et omnes hi, inter quos conuersari vel quibus commanere ei aliquando
contigit. Maxime autem sanctum fratrum eius simul & sororum nouit colle-
gium;*

gium; quam sancte quāmque irreprehensibiliter inter eos iam per quadraginta
fērē annos vitam duxerit. Nouerunt omnes quām quietus in vacando lectioni-
bus & orationibus extiterit; quam nullas horas a pietatis exercitijs vacuas ha-
buerit. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis esse ei cum Apostolo visa est,
nisi cum monasterij necessitas poposcisset. Quim etiam usq[ue] in exteris terris lam-
pas cordis & oris eius radianit. Non Francia, non Boēmia, non Vngaria, sed
neque Græcia, gratiae quæ de corde & ore eius radiant, expertes factæ sunt. Tan-
ta namque gratia diffusa erat in labijs eius, ut his ipsis quos arguebat gratus ex-
isteret. Unde & Romani pontifices, dominique Cardinales semper eum, licet
in multis arguentem se dilexerunt. Non reges ac potentes pertinuit, quo mi-
nus nunciaret eis id quod justum & salutare fuit, cum se opportunitas id facien-
di obtulisset. Magnates, mediocres, ac populares, siue in publicis Ecclesiæ
conuentibus, siue in priuatis colloquijs ad oris eius dulcia & salutaria verba
pendebant. Sic namque diuino spiritu adeo potatus fuit, ut pene semper &
indeficienter flumina de ventre eius fluenter aquæ viuæ siue loquentis siue
scribentis aliquid ad uitilitatem & eruditio[n]em proximorum. Et mox in-
fra: Quām notus & gratus quāmque acceptus fuerit ipse beatus, summis Ko-
manis pontificibus qui suo tempore Romana sedi præsiderunt, Callisto Papæ pri-
mam superius commemorato: & deinde singulis successoribus illius usq[ue] ad
Papam Alexandrum; quāmque venerabiliter ipsi Romani pontifices fernorem
religionis sua & studium atque doctrinam, nec non & scripta sua suscepserint,
collaudauerint, & approbauerint: quam etiam celerem effectum consecutus
semper fuerit in omnibus negotijs suis quotiescumque Romanam curiam inter-
pellare necesse habuit, aut per se ipsum, aut per nuncios, siue per solas literas suas
pro qualib[us] cuncte causis, testantur literæ Apostolicæ, nec non & literæ dominor-
um Cardinalium frequenter, aut pro eo ad alios misse, aut ad eum specialiter
destinatae: vel quas ipse per se ab urbe saepius veniens de causa sua vel alio-
rum detulit: quarum omnium exemplaria adhuc inueniuntur. Quantum eti-
am ipsi Romani pontifices pro ipsis reverentia & dilectione, ad petitionem eius
ipsum locum, quem regebat, cœnobium videlicet Reicherpergense, sub sua & Ba-
Petri protectione suscepserint, honorauerint, & manu tenuerint, & sape contra gra-
tues inimicos & infestatores defenderint, qualèmque libertatem & justitiam ipsi
loco concesserint & firmauerint in perpetuum sua auctoritate indicant priu-
legia Papæ Innocentij, & Papæ Eugenij eidem loco eius industria elabora-
ta ac impetrata. Hos posthac pie imitati pontifices Salzburgensis Chun-
radus senior & Eberhardus eius successor; nec non & Principes regni, Du-
ces videlicet & Comites quique pro suo jure plurimis priuilegijs eundem locum
munerunt. Similiter & alijs pontifices, scilicet Babenbergensis, Patauensis,
Frisingensis, prædia & possessiones eidem loco aut per se ipsos, aut per
alios in suis episcopatibus collata, suis priuilegijs eidem cœnobia firmauerunt.

Nouissi-

Nouissimè etiam ipse dominus Imperator Fridericus ipsum Reicherpergense ex nobum cum omnibus eo pertinentibus in suam imperialis maiestatis & omnium successorum suorum regum & Imperatorum tutelam suscepit, & pruilegio suo eidem loco antiquam & primituam libertatem confirmavit, interuentu Episcoporum Eberhardi Bambergensis atque Hartmanni Brixnenis Episcoporum, secundum postulationem huius saepe dicti patris. Sed hos ingentes viri præstatuissimi spiritus vis incredibilis ab intimo animo profecta alkbat, vim e cælo accepit, quæ illius egregiis conatibus defuit nunquam. At enim parum prudenter agit, qui foris rem publicam juuat, domi perdit, cum natura magistra sibi quemque primum, suisque; deinde aliis consulere doceat. Non egit hoc Gerholus cuius omnis actio ratioque videnti & docendi ab officina domesticæ virtutis & disciplinæ profluxit. Hoc primum egit ut subiectorum suorum & domesticorum mores à veterum patrum norma degenerantes languentesque ad pristinum vigorem reuocaret, clementia vitiorum eraderet, incisos passim virtutis neruos redintegraret, & denique nouam suo contubernio faciem formamque viuendi induceret. Itaque idem mitis & benignus esse in obsequentes, promtos, verecundos, & religiosæ vitæ obseruantes: tristis & seuerus in delinquentes, refractarios, contumaces; quam tamen seueritatem ita mansuetudine & charitate temperabat, ut cernerent viderentque omnes & salutem cuiusque singillatim, & communem omnium illi maximè esse cordi, quaratione efficiabat, ut non ægrè ferrent, qui castigabantur, sed amarent passim omnes. Corrigendi porrò modus erat efficacissimus, quem ipse vitæ exemplo præbat. Adeò mores ipsius domesticis erant pro legibus. Inde factum ut domestica disciplina sancta domique emendati mores sese foris ostenderent, hominesq; paulatim in sui contemplationem inducerent, nouam & innocentem viuendi rationem juxta laudantium & admirantium. Quæ domesticorum religio, Nobilium, Principum, & Pontificum invitauit liberalitatem, ut non solum sarta tecta coenobij instaurarent, amplificarentq; (male enim materiatam, angustam, & ruinosam Gerholus domum est ingressus) sed ex nobilitate complures ipsi nomen religioni darent, secumq; opes non exiguae inferrent, quibus ædes illa breui magnopere auxit. Adiecit & nouum Gerholus virginum sacrarum domicilium, in quo nobilissimæ tenerimæque virginis cælesti se sponso æternum proprias dedicatunt. Tam secunda fuit Gerholi virtus & facundia. Interibidum ipse domum ædificat,

edificat, disciplinam restituit, nouos religionis colonos adsciscit, manum quoque non passus est cessare, quæ ab erudito & excellenteius ingenio multa præclara pietatis religionis & doctrinæ plenissima opera & monumenta extorsit. Meditatus est in sanctissima regij vatis psalmorum odaria, volumina octo, quæ hodiéque præter duo, quæ intercidetur leguntur. certatim calamo aduersus sectatores Petri Abaiolardi. Alia misit Othoni nobili historico Fruxinensi, Ahenobarbi patruo, fratri Conradi regis : alia ad alias tam principes tum pontifices, ex quibus nihil perennauit præter explanationes ad carmina Davidis, sibrum de antichristo ; de Virgine in cœlum assumta ; de fide ; vigilia noctis quarta, de diuini spiritus ordine donorum. ultimis annis magnopere laborauit, ut disidia Imperatoris Friderici I. & Pontificis Alexandri II, componaret, eaque de re ad eosdem varias lucubrationes missitauit. Ipse tamen semper meliori taniorique parti se adiunxit ac post ingentes labores & fructus ex illis copiose perceptos, nocte media quæ S. Ioan. Baptistæ diem, quo prolixè ad populum dixerat secuta est, cum biduo ante sacra Christiana perceperisset, anno c. 110. c. 111. ex a. d. V. Calend. Quintil. ad societatem beatorum euolauit. Corpus bido post ad S. Crucis, quam viuus semper in corde gestabat, aram funeratum. Imago Gerhohi Reicherspergij hoc adscriptum hodie elogium præfert. Anno domini c. 110. c. 111. Dominus Gerhohus SS. Theologie Doctor insignis, tertius huius loci Præpositus creetur. Hic in corrigendis magnatum moribus laborauit, ac monasterij sanctimonialium B. Virginis extitit fundator. Ieiunas falsasque Auentini calumnias, quibus Gerihohum, ut ipse appellat, inquinare conatur, tanti non facio, ut apponendas scripto meo putem, ab Gretsero nostro dudum retusas & obtritas. Tu Diue, quem supplices veneramus, ardenter & duplum, quem possedisse videris Eliæ spiritum in nobis languentem aut certe senescentem excita & instaura, ut hebescentem

Christianæ virtutis aciem exauamus.

B. ADAL.

B. ADALBERTVS

SEV ALBERTVS ABBAS AD S. EMME-

RAMMVM RATISPONAE.

C12. C. LXXVII.
Ex Hund. p. 223. §
232.



On multa lego de beato hoc Adalberto ad S. Emme,
rammi Sodali D. Benedicti præside. Solus cip-
pus cancellis ferratis circumclusus memoriam tanti
viri custodiuuit. Est is in ambitu coenobij, qua au-
strum spectat, cum hac epigraphe:

*Floruit hic signis abbas Albertus opimus,
Illiis precibus Iesu rex parce redemis.*

Afflauit hunc incendium quo tota monasterij moles hausta
& in cineres redacta est. Vixit anno c. 12. c. LXXVII. præfuit con-
tubernio annos septem & viginti, menses sex,
dies quinque.



- 288 -

S. EVPHE.

AYT S. EVPHEMIA

ANTISTITA COENOBII VIRGINVM

SANCTI ALTONIS

SOLOREM hanc ferunt D. Mechtidis ex Berchtoldo II. Principe Andecensi natam, geminam illi vitæ & innocentiae sanctimoniam, ut qui alteram nouit, utramque norit. Il-

C19. C. LXXX.
Ex Chron. Andec.
MS.

lam Vol. i. posui. hanc præsidem faciunt parthenonis sa-
tri, qui inter Monachium & Augustam est S. Altonis, quem primo
volumine ære & calamo decripsi. Plura non accepi, nec
acceptis verbum addere
placet.



Bb

ANO.

ANONYMVS MARTYR

MVLTDI R ATISPOENSI

Post annū C15. CC.
LXXVII.
Inventum quo.
Ex literis & reffensis
PP. Dominicanorum
Ratisponensium &
litorum.



Orpus anonymi Martyris Ratisponæ sub altari templi hodie seruari testatus est Antonius Nugius qui ante aliquam multos annos parochum egit Carthusiæ, jamq; vixit. Ecclesiastes Ratisponensis Ioannes Sallerus de Societate nostra rogatu meo studiosè & curiosè perquisiuit omnia, deque ea re ita ad me perscripsit.

Quæ Reuerentia vestra petijt ante mensem, tandem primo Aprilis cognosci cuperunt. Nam citius ex R.R. PP. Dominicanis nil potuimus elicere. Videntur rem in aduentu sui P. Provincialis distulisse, qui, ut venit, curauit duos libros chronologos in collegium deferri. Alter notus Augustæ, qui vnius Inquisitoris ob fidem occisi meminit. Nomen Paganus de Bergamo. Videatur Conradus Cittardus de anno 1277. fol. 32. Alter nunquam hactenus mihi visus, auctorem habet P. Lectorem Georgium Epp. VVimpensem Dominicanum. Titulus huius libri est, De illust. viris ac sanctimonialibus sacri ordinis Prædicatorum. Facit etiam iste vnius Inquisitoris Martyris Paganii fol. 7 col. 1. mentionem. Sed non fuit Ratisponensis ille M. Paganus de Bergamo, quem laudat Antonius Senensis in Chronico Prædicatorum anno c15. cc.

pag. 137.

B. Epimachi nulla apud Ratisponenses memoria, nullum vestigium. Mihi cum Ratisponæ essem, Prior coenobij aperuit, Martyri illi, qui sepultus est in æde Dominicanorum, esse ab aliquo nomen Epimachi impositum, eo quod verum nomen ignoraretur. Nos interim nouum hunc Adauctum, qua fide traditur, eadem Martyrem colamus.



JONA

CONRA-

ANONYMVS MARTYR RATISPOENSIS.



Quid non longa dies corrumperet? nomina detet,
Nomina perpetuo vivere digna die.
Moenia prosteruit senium, turresp. supinat,
Stomore quae poterant fulmina nulla tonis.

Esurit et ferrum, chalybem vorat, horret Atlantes,
Absumit terras, cibabit Oceanas.
Non satis hoc! canores etiam rapit o Salp. Imita?
DEBUT HOC SALTEM NON LICVISSE TIBI.

CONRA.

AD MONSIEUR DE MONTAIGNE

MARTYR LATITUS 1720

ANNO

CONRADVS

EPISCOPVS PORTVENSIS CARDINALIS.

AN. BAVARVS VT MVLTI TRA-

DVNT. AVCTOR

NEGAT.

Nemo negatum ibit illustrissimum ac sanctissimum hunc virum fuisse, cuius multa est mentio apud scriptores partim qui vixerunt eius aeo Thomam Cantipratam, ^a Cæsarium, ^b Vrspergensem, ^c partim recentiores Auentinum, ^d quieius acta improbe, hereticorum ritu, calumniatur; nam quæ alij peccarunt, hic in Conradum con- gessit. Alphonsus Ciaconius in Honorio III. qui multos præ- rea alios laudat.

Bauarum hunc Conradum fuisse tradunt, & Henrici Bauari filium, Henrici Superbi Saxonie & Bauarie Ducis fratrem e Guelphis oriundum Panuinius in Honorio, Arnoldus VVion l. i. p. 58. & 69. Abrahamus Bzouius Annal. xii. anno c 10. cc. xii. n. iii. & huius Conradi vitam & res gestas aiunt ab Cæsario & Cantipratano memoriis traditam. Sed meo animo & Panuinius & VVion & Bzouius falluntur. Nego hunc Conradum ex purpuratis Ecclesiæ Portuensem, fuisse Bauarum vel ex Bauaris ortum. Aut enim ex Guelphis natus esset, quod illi volunt, aut ex VVittelspachis, qui hodie rerū in Boica potiuntur. Ex Guelphis nō fuisse natū ostendo extemporum ratione. Docent hunc Conradum fuisse Henrici Guelphi filium, superbi fratrem. atqui constat Henricum Conradi monachi patrem obiisse anno c 10. c. xxv. Conradum verò anno c 10. cc. xxv. vel vi. Ita filius post patris mortem amplius centum annis vixisset, quod vt vix potuit fieri, ita factum esse proorsus est incredibile. Nam anno c 10. cc. xix. volunt creatum ab Honorio Cardinalem, quo tempore Conradus jam quartum & nonagesimum annum egit, dein legatum contra Albigenes misum: postea in Palæstinam profectum, demum solitudinem ibi ingressum, & velut tironem anachoretæ adhæsisse, illique ritu famuli ministrasse: demū ob valetudinē patriam cogitasse, & Barrij in Apulia dum re- diret, anno c 10. cc. xxv. vel vi. decessisse. Quæ omnia minimè ca-

Bb 2 dunt

D. cc. xxii.

^a Lib. I. c. 9.

^b Lib. I. 3. c. 83.

^c P. 192. l. 5. c. 27.

^d P. 583

^e Anno 1221.

^f Lib. 7. p. 520.

P. 344.

dunt in Guelfum, jam centesimum post mortem patris annum a gentem. Nec ex V Vitelspachis progenitum constat, nam Ludovicus Othonis M. VVittelspachij filius, qui hoc tempore Boiarum totam solus tenuit, & simul Comes Palatinus Rhei anno 1150. c. xv. factus est, atque anno 1150. c. xxxi. obiit, non habuit nisi unicum filium Othonem. Otho quidem Othonis M. Boiorum Ducis nepos habuit praeter alios Henricum, sed nullum Conradum, neque nepotem Conradum. Sed nec Cæsarius hunc Conradum ait Bauarum fuisse, nec in Orientem unquam profectum, nec Cantipratanus. Miscentur ergo duo Conradi, quorum uterque ex principe familia procreatus; monachus tantum idemque Hierosolymam profectus ex Guelfis fuit cuius res gestas Vspengensis in acta misit. Cardinalis autem Eginone zaringiae Duce apud Heluetos natus, quem item Vspengensis, Cæsarius, & Cantipratanus laudant & hic nihil ad Bauaros. VVion tamen hunc Conradum Cardinalem omnino Bauarum esse contendit, & alterum quendam Conradum seu Cunonem Eginonis illius Vrachiensis dynastæ filium Cardinalem Prænestinum ab Gelasio in Germaniam legatum docet. Lectoris ego permitto litem hanc judicio; mihi Portuensis, Bauarus non videtur, quod Vspengensis eam rem in Guelfis non tacuisset, ubi ex instituto Conradum Guelfum Henrici filium describit, nec Cæsarius, ut dixi in Conradi Cardinalis narratione quicquam de Guelfis; nec temporum obseruatio id permettere videtur. Praeterea hunc Conradum episcopum Portuensem & Cardinalem non fuisse Bauarum, sed Eginonis seu Egonis Comitis filium, & Ciaconius & Auentinus docent. Cantipratanus & Cæsarius non edunt familiam, nisi quod ille dicit ex nobilissima familia in Alemannia oriundum. Alemannia ab scriptoribus, nunc pro tota Germania nunc pro Suevia tantum accipitur. Ceterum res quam de Conrado narrat Bzouius, vera est, sed nihil ad fidem nostras, quæ hunc Conradum (extra chorum Boiarum ponendum) tacent, quod ne quis miretur præteritum, placuit monere.

MARIA

B. MARIA LVDOVICI SEVERI BOI. D. CONIVX.



Nulla lues mortale genus tam dira fatigat,
Quam male de fida coniuge, nota filies.
Principis invocue thalam' sacra fiedera princeps
Percitus ingenti læsa furore fremit,

Et ruit in ferrum sceleratq; cruento secures,
Diemp; ream credit, se facit ipse reum.
Tutatur calum castos, quatet impius error:
Non caret vlt̄a suo teste pidiçtria.

Bb 3

MARIA

379

ALTIPIUS MIR. 30.

ANNO 1700. IN HONORIBUS DIVORCIIS FRANC.

MIRAM

PP 3

MARIA BRABANTINA

LVDOVICI SEVERI BOIORVM

DVCIS COMITIS PAL. RH.

CONIVNX.

MARIA ex illustrissima Brabantinorum principum stirpe & Thuringiae Hassiaque regulis orta, patrem habuit Henricum cognomento Magnanimum Brabantini nominis II. avum Henricum I. ac deinceps alios atque alios Brabantinæ terræ nobilissimos dynastas usque ad Godefridum Barbatum tritauum, primum Brabantiae Duxem: Mater natæ cognominis, Philippi Cæsaris ab Othono VVittelspachio cæsi filia, prima Henrici Magnanimi coniunx, neptis priuigna S. Elisabethæ, non Germana. Error quoque in acta eius nobis è Cœnobio Danovverdano, ubi Maria occubuit, missa irrepsit in quibus filia Sophia filia S. Elisabethæ, eiusdemque Elisabethæ neptis falsò appellatur. Fuit Sophia Henrici Magnanimi altera vxor: Maria vero ex Maria, prima eiusdem coniuge extitit. Liberorum ex Magnanimo ortorum ordo hic est:

Henricus pater cognomento Magnanimus

ex Maria Philippi Cæsaris filia, prima
coniuge suscepit.

1. Henricum qui patri in Brabantino principatu successit.
2. Mechtildam Roberto Atrebateni dynastæ nuptam.
3. Mariam de qua hic agimus Ludouici Seueri Com. Pal. Rhe. & Boiorum Ducis coniugem, neptem priuignam S. Elisabethæ.
4. Beatricem nurum S. Elisabethæ, vxorem Hermanni filij S. Elisabethæ, qui ipsis nuptiarum gaudijs ex thalamo in tumulum migravit.
5. Margaritam Virginem Christo signatam. E Sophia S. Elisabethæ filia altera Magnanimi coniuge, nouerca Mariæ cæsæ.

Elisabetham Brunsvicensi nuptam.

Henricum infantem Hassia.

B b 4

Maria

C13. CC. LVI.

XV. Cal. Febr. XIX.

lunna.

Ex M. S. canobij 3.

Crucis ad Verdeam.

Ex Erfordianis Anna-

nal.

Auentino.

Andrea presb.

Vito Arenbekio M. S.

Vito Eberberg M. S.

Eustachio metrop. Salis.

Tab. secunda Ländre.

Hassia apud l. Pistor.

riump. 962.

MARIA ergo Mariæ Philippicæ filia nupta Ludouico Seuero præfecto prætorio ad Rhenum Boiorum Ducem, patri Ludouici Imperatoris Othonis filio, Ludouici nepoti, pronepoti Ottonis VVitelpachij cognomento M. primi Boiorum Ducis. Nouam nuptam Ludouicus Verdeæ Sueorum collocat, quam hodie Danovverdam vocamus, quæ id temporis Boio per Conradum olim Hierosolymorum & Siciliæ regem, centum viginti octo milibus aureorum, cum alijs oppidis, foris, & pagis oppignerata parebat. Ipse interim in Rheno fœdere cum ciuitatibus contra prædones initio fortiter fecit, latronumque receptacula excidit, captos vel occidit vel in fugam coniecit, pacem Rheno, viatori securitatem peperit. Agebat tum sextum & vigesimum annum Ludouicus florémque æui maximis rebus gerendis consecrabat. Cum ecce tibi draco Orcinianus venenum suspicionum euomit in sinum Ludouici, & juuenem ætate florentem, & rebus gerendis maxime intentum in insidias præcipitauit. Fons mali ab errore tabularij promanauit, is ab coniuge Ludouici Verdeæ binas literas accepit, alteras atra cera signatas, dynastæ Ruchoni seu Hirsuto definas, alteras rubra cera Ludouico marito tradendas. Internuncius ordinem epistolarum inutertit, & illas Ruchoni inscriptas Ludouico porrexit, qui sententiam epistolæ non asscutus, ut est improba suspicio, arbitratus est, erotica contineri. Ergo primus errorem tabellarius velut leno & perductor ferro obtruncatus luit, princeps ipse minarum plenus ardensq; ira, ab Rheno citatis equis paucis comitatus, maximis itineribus Danovverdam aduolat, vindictaque imminentis præter omnium expectationem vxori infestus adest. Ardebat oculi, pallebat vultus, totoque ex ore furor eminebat, trepidabat familia, hærebat coniunx, regina soror principis, attonita mirabatur, quid tandem frater moliretur: expectabant omnes quo tandem progressurus, aut in quem tam atrox tempestas eruptura esset. Obuium arcis præfectum per satellitem extemplo interficit, tum corripi vxorem jubet; & Hæccine fides, inquit, est thor? dum ego absens in castris ab latronibus purgo prouinciam, tu hostem, in arcem, in domum, in cubiculum, in lectum accersis? ac regiam stirpem tuam juxta ac meam tam fœdo flagitio contamina? Quid tibi cum Ruchone negoti? an vti maiores illius Cæserem in lecto decumbentem domi suæ impi ferro conciderunt, ita me tu per nepotem eius adulterum tecum in thoro decumbentem, Aegisthæo ritu tanquam altera domi suæ Clytemnestra Agamemnonem

Ruchus Comes Siluestris fuit ex Othonis Vitelpachij stirpe, qui Philippum Cæserem interfecerat.

nō nem infer hostes tutum interficiare ante uertam particidium.
I. lictor, feruum expedi, corripe adulteram, feri sceleratum caput.
Hic Mariam omnia excusantem, & Diuum hominūque fidem
implorantem, testantēque suam innocentiam surdus tamen
reijcit, ut nec quicquam vell lacrymæ coniugis innocentis, vel fa-
miliæ trepidantis metus, vel sororis reginæ ad fratris pedes jacentis
preces proficerent. Orabat hæc ducem ne tam præcipiti ira in cœ-
dem rueret insontis: daret spacium animo: omnia postero die
justius executurum. Sed clausæ erant aures obstrepente ira;
vindicem suppliciorum exequi jubet imperium, qui lamentante
tota domo, principem foeminam ab omni flagitio alienam & pro-
fus insontem gladio percutit, & sanctum caput ab ceruicibus am-
putat. Nec facinus Ludouici hic stetit, Helicam Brènnebergi-
am nobilem è ginæcco virginem, tanquam consciām, pugione
trajicit, tandem omnes egressa limites fæuitia, aulæ præsidem cla-
rissimam & innocentissimam matronam, ex altaterris arce præci-
pitem deturbari imperat. Ita quinque funeribus iræ litatis furor
indignantis resedit. Ructo errore cognito, principisque cæde
monitus, prouincia excessit, ubique suam & Mariæ cæsæ innocen-
tiam lactimis, verbis & tabulis, contestatus, ita cauſam omnibus
probauit, ut ipse Ludouicus posteaquam ita mente decesserat, ma-
gnitudinem facinoris sera estimatione perspicet, sanguinéque
vxoris cruentus vehementer erubesceret. *Male nemp̄, inquit Curi. I. 8. p. 207. &c.*
ille, humanis ingenij natura consuluit, quod plerūque non futura sed transacta cede clyti.

perpendimus. Ergo funere ad S. Cru-
cis V Verdex condito Dux Romam;
vt ægro animo medicinā quereret
profectus, facinus apud pontificem
Alexandrum IV: edidit, pacemque
numinis & delicti veniam exorauit. Ad placandam etiam sibi
Mariæ animam & particidium expiandum iussus est religiosis S.
Brunonis sodalibus domicilium ponere. Sed quia id genus homi-
num in Boica nullum erat, Cistertiensium contubernio amplum
& nobile cœnobium in Principis-campo, qui inter Augustam & Mo-
nachium est condidit, prædijs & annuo victu auxit, quod hodièq;
floret. Hæc carptim ex M. SS. cœnobij delibauit: plura præterij. Id
extra ordinem addo, quod in ordine tamē legi, sed primum ut men-
dolam narrationem damnaui; post vbi idem in antiquo epitaphio
cognoui, lectori subducendum non putavi. Ludouicum pri-
ma sta-

Epitaphios est,
Anno Domini M. CC. LXVI. XV.
Cal. Febr. in Castro Werd mortua est do-
mina Maria ducissa Baaria filia ducis de
Brabant.

ma statim nocte, quæ cædem secuta est, tantis curarum fluctibus agitatum, ut non solum somnum capere non posset, sed virginibus Mariæ Manibus adeo exagitaretur, ut qui inuenili decoraque comæ septimum enim & vigesimum (non primum & vigesimum, ut mendosè scriptum habet V Verdanum) agebat annum, barbaque florente, se cubitum contulisset, per noctem ita incanuerit, ut senem septuagenarium manè referret. (Parisijs vſuuenit, ut vir robustus accepta capitali sententia sanguinem sudaret, teste Maldonato ad xxi. cap. Matthæi.) Subijciam ipsos versus quantumuis inuenustos & barbaros tem tamen ipsam demonstrantes.

*Post bis sexcentos à partu Virginis actos
Ad quinquagenos toros sex in super annos,
Sub Februio quinis lapsis ter mensē Kalendū,
Occidit heu quanta lacrimarum clade Brabantia
Sic pereant dominae castissima membra Maria?
Prodit matre Turinga simileque parente Brabantia.
Elisabeth soboles, Henrici sit pia proles.
Hinc merito sacer & vocitatur neptis Elisa.
Post nucum florem spargit virtutis odorem.
Atque Dei, vere & flagrans pietatis amore,
Conspicit incertas subeant cur singula metas,
Christi hinc sola studens sacro fit dogmate prudens,
Et sibi subiectis præbens documenta salutis.
Nobilis eximio connexa thori Ludouici
Corpore sed juuenis mox sensit tadia leuis
Contemeratque thorum: quid cause? lingua malorum,
Culcitra strata thori fit vulgo fabula fori.
Cura nefanda Ducis, rumpuntur vincula iuri,
Grande nefas factum, nū hic cum coniuge pactum.
Edictum ex ratogratum fit cæde patrato
Suspicio ferit, nec causam in crimen querit.
Morte cadit dura Boij de criminè pura
Sanguine notescit, dolor hic sub nocte recepit.
Ut surgat sanus sed toto corpore canus.
Serò doles fossa proiecit & coniugis ossa;
Ex Mangold castris, jam nunc est splendor in astris,
Quam deflet Suevus, Boivus, quam patria tellus,
Ergo eternorum si uitur nunc Christe laborum,
Fac electorum numeres in sorte tuorum.*

Doleto.

Ab his

Ab his nonnihil discrepat narratio Auentini quam lubet subi-
cere, ne lector etiam varietatem narrationis ignoret. Nam cum
in ipso facto nulla sit dubitatio, in facti tamen modo, numero cæ-
torum, Ruchonis fide, multum differunt tabulae Danovverdanæ
MSS. ab scriptis Auentini. Dùmque hæc apud Rhenum fiunt, Maria
uxor Ludouici, quæ ut dixi, cum Elisabetha regina Siciliæ VVerdeæ habitabat,
binas literas uno quidem anulo, diuersa tamen cera, atra, rubra, obsignatas, il-
las marito, alteras Ruchoni decurioni equestri, secreta quæpiam continententes mit-
tit. Atque is qui epistolæ detulit, errore seductus, rubra cera complicatas Ludo-
uico tradit. Qui lectis literis amatoria agi suspicatus, confessim paucis comita-
tu, disimulata re, relicto apud Rhenum exercitu, nemine salutato, quam ma-
ximus potest itineribus ad uxorem diu noctisque contendit, subito ac insperato ad-
est. Mox tracundia percitus nec prece nec lacrimis sororis reginæ abque cuncta
tione coniugem, indicta causa, adulterij condemnat, securi percuti jubet. Postea
veluti conscius, Helicam virginem Prennebergensem cultello confodit; fami-
nam admodum nobilem, cuius nomen non traditur, quam gynaceo præfecerat, de-
turri præcipitari imperat: Proditorem qui ista hæc ad se detulit, primum ferro ne-
cauit, facta hæc cædes in Suevia VVerdeæ in arce xv. Calend. Februar. anno
Christi c. 10. cc. lvi. Ruchor ubi hoc accepit, finibus excedebat, literis, atque ta-
balis ubique suam, atque Marie innocentiam prædicat, delatorum scelera at-
que flagitia commemorat. Extat epigramma tum satis nitens, nunc vero ni-
bil incultus. Ludouicus ut coniugis manes rite conderet, Fürstenfeldium ex-
truxit, Cisterciensibus sacris dedicauit, ubi ipse cum filijs & uxoribus situs est.
monachos ex Alterspach euocauit. Narrationem Auentini Arenbe-
kius, ^a & Andreas ^b presbyter, & Vitus Eberspergensi año 1255. & 68. ^a Anno c. 10. cc. lxi.
affirmant. Erfordiani annales peruetusti hæc de nostra Maria
prædicant. Anno Domini c. 10. cc. lxxv. Dux Bauariae propter quandam ^{scribe, c. 10. cc. lxxv.}
suspitionem fecit decollari uxorem suam, filiam Henrici Landgravi Hafsiæ nimis
præcipitanter. Cuius innocentia postmodum miraculose, ipsi Ducis & suis est diuini-
tus publice ostensa. Unde in emendam rei male gestæ compulsus est edificare mo-
nasterium Furstenwald (Fürstenfeld lege) prope Monacum Ordinis Cister-
tiensis. Et Hundius, Furstenwald monasterium ad Ambram flumen Ordinis
S. Bernardi Cisterciensis. Fundauit hoc monasterium Ludouicus Bauaria Dux,
pater Ludouici Imperatoris, & hoc propter eadem prime sua coniugis Marie
Brabantinae, quam ob falsam adulterij suspicionem, VVerdeæ ad Danubium
præcoxi ira percitus, anno 1256. decollari fecerat, ubi etiam sepulta est in mo-
nasterio S. Crucis. Impositum illi fuit per Alexandrum Pontific. ut pro pa-
nitentia in sua prouincia & de proprijs suis redditibus monasterium pro XII.
Carthusianis institueret. Cum autem nullum tale monasterium in Ba-
uaria esset, promisit simile pro fratribus Ordinis S. Bernardi seu Cisterciensibus
in loco

^b Eodem anno.^c Metrop. 229.

in loco qui Fürstenuel dicitur, ædificare: quod illi à Clemente Pontifice permisum est; ita tamen si non aliquo priori voto ad hoc obligatus esset. Ita testatur diploma Conradi Frisingensis episcopi de anno 1266, atque ita facta est hæc fundatio in honorem Salvatoris domini nostri Iesu Christi & gloriose virginis Marie.

Vno disticho causa eiusdem conditi cœnobij aperitur, quod in eodem cœnobia legitur.

Ad hospites.

*Coniugis innocuae fusi monumenta crux
Pro culpa precium claustra sacrata vides.*

Et de Conditore

*Boiorum clarus jacit hæc fundamina Princeps,
In precium culpe coniugis innocue.*

Lubet addere mantissæ loco, nihil inter coniuges existere posse grauius, quam mutuæ fidei dissidentiam, ex qua nascitur coniugum pestis iuspicio, è suspicione obseruatio dictorum, factorum, nutuum omnium, è dubijs falsisque signis persuasio, ex hac cædes & parricidia. Nihil ago, nisi documentis ostendo, quibus eruditii possit oībis. Theodosius minor Arcadij F. Theodosij M. nepos Eudociam Augustam coniugem, ob pomum Paulino donatum ab societate thoriseiunxit; Paulinum ut alij tradunt eadem nocte occidit, vel in exilium deportari mandauit, ut copiosè in Aula S. denarrauimus. S. Itta ex rupe præceps in altam voraginem deturbata. Extat vita Itæ singulari libello edito ab Fischingenensi abbe vulgata. Otho III. Imperator falsò delatum comitem occidit, Baronius in Othonem III. Henricus Sanctus Kunegundis innocentiam ferro ignique explorauit.

Sed propè similis est & casus & historia quæ apud Freherum in ultimis paginis, de Orig. Palatin. vol. 2. legitur ex antiquo facello ex scripta D. Genouefa itidem Brabantina Sigefrido Palatino nupta quam & Molanus in SS. Belgicis refert, & Erycius Puteanus exarauit his verbis. *A veteri & sacra Treuirensum memoria in lucem & scenam Genouefa prodit, Dux Brabantia filia, Sifridi Palatini uxor, admirandum pietatis, pudicitiae & patientiae exemplum. Primus matrimonij annis sterilem experta iborum, fecunditatem à Virgine Dei matre petiit & impetravit. Votis compos, matri sperare nomen poterat, cum veterum se ferre ignoraret. Eodem tempore è castissimis amplexibus maritus abiens, in barbaros hostes cum exercitu*

exercitu profectus est. Tanquam corpore, non animo discederet, curare absentem pergit, & quam grauidam nesciebat, simul cum prouincia tota fidei Goloni viri strenui & amici sui commendat. Sed heu! quam fallaci imagine res humanae geruntur! formâ fidem vinci, libidine amicitiam, sérō deprehensum est. Familiaritate audax Gelo pulcherrimam mulierem non custodire sed amare cœpit. Nam oblitus sui, & prorsus cœcus accensum animum cupidini permisit. Itaque mollibus verbis vti, ignem insinuare, omnibusq; blanditijs viam ad voluptatis vota sternere. Quid deinde? confite de morte maritularia adferuntur; ne tanquam adulteri sed procul concubitum, facilisque amoris pertinacia cederet. Genouefa non minus casta quam pulchra, primas blanditias & adhuc cum verecundia tuantes neglexit, impudentius profusa animose reiecit. siue crederet literis ad similitudinem iheratatis composita, siue non crederet, viro non libidine se nupsisse testata est; aduersus manifestum pudicitiae sua hostem conscientiae fidicia consistens. Audaciam deinde amantis timor exceptit; & hic jam secundus labor erat, quomodo irrita libido periculo eareret. Maiorigitur scelere tegiflagitium debuit: & quia redire Sifidum Golo intellexerat, non poterat securus esse, nisi noua improbitate munitetur. Horreo dicere: quod committere tentauerat, nefas in domina accusavit. iterum horreo: meaham esse & è clandestino adulterio filium peperisse. Praebuit aures heu nimis facies Sifidus, iraque præcipiti vindicem violati tori agens, non ad examen criminis sed pœnam ruit. Hanc quoque suggesit Golo, & ut misericordia videretur, matrem cum prole aquis submergendam censuit; ita sine sanguine elut maculam, turpidinis simul pignus interire. Nec mora; abducitur Genouefa tanquam proibri coniuncta, cui ne quidem pro innocentia fari concessum est. Intersici miserum, nisi & miseriueram videri: nec tam graue erat mori, quam plectri. Lingua quoque peritura abscondi Golo voluit: an timens forte, ne mortua loqueretur? Id certè necis signum ferre satellites iussi sunt. Hic tamen (vix numinis agnosco) siue ut parcerent, siue ut supplicij euentum fortunae committerent, in avio nemore mæstissimam matronam, & à recenti adhuc partu languidam destituant. Lingua etiam canina humanam mentiti persuaserunt, loqui prius desississe Genouefam, quam vivere; perisse prius quam moreretur. Exulabat igitur non à penatibus tantum, sed hominibus extorris. Famæ necessitas ad herbas radicesq; duxit, statim ad fontes: & sic tamè in miserijs delitias innocentia muenit, in antro domi, in folijs cibile, in solitudine præsentem Virginis Dei genitricis opem. quid manifestius? cum de filiolo mater solicita esset, lactis latice destituta, speluncam ecce terua subiens, tubera admouit infanti, & nutricem se gesit. Totum sexennium mensisque tres sic Genouefa vixit, si tamen hoc vivere est: sed Deum coluit, & hoc vere erat vivere. Non eieclam in naturæ hunc horrorem, sed sponte ingressam diceres, sanctitatis præmium felici redditu laturam. Casu namq; inter venandum Sifidus aberrans,

C E

ad hoc

ad hoc ipsum antrum venit, puerum matremque inuenit, & alloquitur: mox sermone, adeoque cicatrice, quam à prima atate vulnus in venustissimo vultu retriquerat, coniugem esse deprehendit. Innocentem esse ipsum vitæ miraculum loquebatur. quod gaudium, quis simul dolor! à gemino hoc velut fonte veteriores jam manabat lachrymæ: quia viuam uxorem maritus intuebatur, quam oeo non judicio, sed furore damnauerat; quia in tanta inopia & arumia viuam, pro qua jam mori ipse vellet. Si ad puerum se conuerteret, imaginem suam inueniebat, & castissimi coniugij diuinus conseruatum pignus. Sed Genouefa haud ignara cuius ope vixerat, cuius & ipse filius, non prius sequi ab antro maritum reluit, quam ille eodem se loco templum Dei matris structurum spondistisset. Spondit, struendum est, & mox ab Hildulpho loci Episcopo consecratum. In aulam igitur postliminio noua velut Genouefa rediit; sed à pristino vite rigore non recedens, in palatio tanquam eremo agere perseverauit, in urbe tanquam in nemore: splendorem contemptis, & tamen attulit. splendorem pietatis, pudicitie, patientie. Cælo digna haud multò post, meliore sui parte in cælum transmigravit. Corpus in novo templo conditum, & velut ad antrum suum relaxum miraculis claruit, virginisque matris honorem illustravit. Sic quidem innocentia premum inuenit, & supplicium perfidia. nam Gelonem inter quatuor boues religatum, justissima vindicta dislaxit.

Frherus rudi & simplici stilo, vt reperit, eam remita tradit. Temporibus B. Hyldolfi Archiepiscopi Treuirenſis, qui pallatio Offendineck residencebat, factū est passagium contra paganos. Erat autem in pallatio Treuirenſis nobilissimus Palatinus nomine Syffridus christianissimus, qui sumpsit fibi uxorem de stirpe regia filiā Ducis Brabantie, nomine Genouēa, pulchram nimis, quæ diu noctuque quando tempus sibi arrisit & vacare potuit, B. Marie Deigenitrici fideliter seruuit, & in tantum eam dilexit, vt quidquid de rebus temporalibus habere potuit, pro eius amore pauperibus erogauit. Propter nimiam eius pulchritudinem præcepit Palatinus tempore quo eum abesse contingeret, ipsam in pago Melfeldensi in caſtro Symern morari propter illicita uitanda, quia timebat propter nimiam eius pulchritudinem ipsam transgredi, nullamque habens prolem adhuc cum ea. Ut decuit Palatinus cundicum alijs se dispositus, quanto citius potuit: convocans barones militis que omnes, quos habere potuit ad dictum passagium perpetrandum, inter quos erat Golo miles princeps militiæ, Palatino propter eius strenuitatem multum charus. Conuenientes omnes in caſtro predicto & in locis vicini, Palatinus vero consilium postulans dixit, Date nobis consilium, cui nostra committere & nostrum facere officiatum generalem possumus. Omnes quotquot erant concordarunt in Golonem, quo auditio, addito juramento factus est officiatus generalis. Nocte vero sequenti Palatinus condorminit cum uxore sua, ex ordinatione diuina (vt piò creditur) uxor concepit. Mane autem facto Palatinus Golonem militem ad se vocari præcepit dicens: Golo ecce uxorem nostram

nostram dilectissimam & totam terram nostram tibi ad custodiendum fideliter
committimus. interim Palatinissa trini s in terram cadens, semiuia jacuit.
Quod Palatinus videns, territus eam eleuat dicens: O domina Maria, tibi &
nemini alteri coniugē meam dilectissimā ad custodiendam - - - flendo amplex-
ando, osculando, ceteraque amicabilia signa ostendendo, nam se inuicem mira-
biliter diligebant, & sic finaliter recedendo valedicens sibi, abiuit. Quid plura?
non post multum tempore Golo miles perfidus exarxit in amore Palatinissę cupiens
cum ea adulterare, blandissimis & luxuriosis verbis saepius eam impetendo, sic
aut; O domina nouit Deus, quod prae nimio amore quem ad vos habeo, longoque
tempore habui, nescio quicquam facere: rogo igitur, ut vobis condormire valcam.
At bona domina ac christianissima mulier respiciens, dicens se potius velle mori
quam transgredi thorum dilectissimi viri ac domini sui. Interim venter eius tu-
mecebat, de quo multum perfidus miles gauisus. Quadam autem die idem Go-
lo accessit ad dominam suam Palatinissam habens literas proprijs manibus con-
scriptas, dicens, eam decipere cupiens; O domina dilectissima, ecce litera ista mihi
destinata sunt, si placet enodabo. quae ait, legatu. Quibus audiis, ingemiscens
domina Palatinissa percipiens dominum suum & maritum dilectissimum perisse
in mari cum omnibus exercitu suo, fleuit amare, & beatam Mariam virginem de-
precabatur dicens: O domina mea Virgo Maria, unicum refugium meum, re-
spice, respice in me totaliter desolatam. Et sic prae nimio dolore obdormiuit pau-
lulum. interim Virgo Maria ei apparens cum magna claritate dixit, Constan-
tio, filia mihi: Palatinus viuit, sed aliqui ex suis mortuis sunt in pace. Euigilans
itaque domina Palatinissa a virginie gloriose confortata cibum petiit. Golo per-
fidissimus cibaria aptissima aportare fecit ad comedendum. Tum prius ad Pa-
latinissam accedens, volensque eam cohortare ad transgredendum dicens: O do-
mina ut audisti ex literis dominus noster mortuus est, & vxor mea similiter, &
cum totum palatium sub ditione mea sit, potes sis me recipere in virum vestrum,
incipiensque amplexare eam, & cum osculum ei dare vellet, ipsa Palatinissa con-
fusa de adiutorio Virginis Marie pugno eum quantum potuit in facie percussit. Et
ut vidit Golo se fraudatum ab intentione sua desperans, statimque omnes came-
rarios abstraxit ei, similiter & pedissequas. Venit tempus pariendi, peperitq
filium decorum nimis & dilectum; ad quam nulla mulier accedere aut consola-
ri eam audebat, praeter sola nutritrix vetula, lotrix, omniaque mala quae facere po-
terat, attemptauit. Et cum sic miserrime viueret, venit nuncius domini sui ad
Palatinissam dicens, dominus noster Palatinus viuit, sed aliqui ex suis mortui
sunt; & interrogauit eum Palatinissa dicens: ubi est dominus meus Palatinus
edicto mihi statim, qui respondit; in ciuitate Argentinensi, gauisa est gaudio ma-
gno plus, quam enarrari potest, credens liberari a nequissimo milite. Tunc ve-
nit perfidissimus Golo: ea quae Palatinissa percepit ei retulit, quo auditio obstu-
puit perfidus miles, expaescens timuit flens cum eiulatu magno dicens: Heu

me miserum! quid faciam ignoro. statimque hoc percipiens quadam antiqua vetula, commorans sub monte castri ante dicti, venit ad Golonem dicens, o domine, quid est, aut quid obest tibi? dico mihi, & si acquiereris consilio meo citio liberaberis a mærore & periculo. Et respondit miles: scisne tu quomodo vel qualiter egerim cum domina nostra Palatinissa & male? scio cum dominus venerit, mortis supplicium non euadam: si vero tu dederis mihi sanum consilium euaderai, tu & tota domus tua bene habebit. Et dixit vetula: Est consilij mei: domina nostra peperit, & quis seit an coquus vel alius eam cognoverit. Et sedens computans recessum & diem, quaenixa est puerpera, & comperit quod ultimo die in recessu domini concepit. Et dixit, quis potest hac veraciter scire cum nullus interfuit? Ite igitur ad dominum Palatinum, dicatis ei quod vxor Palatinissa de coco concepit & peperit: Scio quod morte tradet eam, & sic liberaberis. Respondit miles, sanum est consilium tuum & acquieuit. Veniensque ad dominum suum Palatinum, ei retulit, sicut edictus fuerat a vetula. Cum vero Palatinus a perfido milite haec audierit, mærore concussus, magnis suspirijs & querimonijs dixit, O domina Virgo Maria, tibi dilectissimam coniugem meam commendavi: & quare eam cadere permisi? quid faciam ignoro. O Deus conditor cœli & terræ, dimitte ut terra se aperiatur, meque deglutiat; melius enim est mibi remoriar, quam cum transgressoribus habitem. Et accedens perfidus miles secundum consilium vetula ait, O domine, per juramentum, non licet nec decet habere dignitatem vestram talem mulierem. Et Palatinus, quid ergo facturus sum? Golo perfidus dixit: vadam & eam cum infantulo ad lacum ducere faciam & uterque in aqua demergantur. Palatinus dixit, placet. Statimque habita licentia properauit ad partes diabolo instigante perfidus miles puerperum accedens, manum mittens in dominam suam Palatinissam & filium eius circumstantibus clientibus ait ad eos: arripite hanc & prolem eius, & implete iunctionem domini nostri. Qui responderunt, quid præcepit dominus noster? At ille ut morti tradantur isti, qui dixerunt, quid enim mali fecerunt? perfidus ille dixit, Ite & facite præceptum domini aut moriemini. Serui vero tristes acceptarunt dominam, & infantem depuerperio ad damnandum eos, abduxerunt eos in siluam, unus seruorum dixit: quid enim male fecerunt isti innocentes? Et alteratio oriebatur inter eos. Tunc unus eorum dixit: o fratres & amici mei dilectissimi, nescimus quomodo & qualiter actum sit cum domina nostra & filio eius, qui nobis ad damnandum commissi sunt. Et responderunt unanimiter, scimus: Et dixit unus seruorum fidelis, quid enim mali fecit? Addito juramento responderunt omnes, nihil; innocens est ab omni criminе. Et dixit fidelis seruus: quare ergo damnabimus eam cum filio? Inter quos unus. Poseritne quis nobis viae dare dimittendi? Et dixit fidelis, assignabimus eis manendi. melius est enim ut bestie eos devorent, quam quod manus nostra conquinentur. Et dixerunt alii, quid si recesserint hinc? & dixit, Domina nostra dabit fidem manendi
& absq;

& absque dubio manebit, quod & factum est. Inierunt consilio pro intersigno habendo. Fidelis dixit, Canis sequebatur nos, credo nobis à Leo missum: abscindamus linguam eius, ut demus pro intersigno quod mortui sunt. Quod itaque factum est, & recesserunt. Statim ut vidit perfidus Golo eos venientes, dixit: Vbi reliquistis eos? Et dixerunt, Interfecti sunt. Et hæc damus pro intersigno monstrantes linguam domine. Dixi quoque perfidus miles: vos eritis domino nostro & nobis chari, quod impleuistis iussum domini, credens sic esse. Palentinissa itaque relicta cum puerο in horribili loco, flendo dixit, Heu me miseram, qua in abundantia nympha enutrita & educata, modo penitus nihil habens desolata. Puer vero nondum erat triginta dierum. Dum autem lac non haberet, ut puerο præstaret, fleuit bona mater, omni solatio priuata humano, confusa de adiutorio Virginis Marie, sive eam allocuta est: Domina virgo Maria, exaudi me peccatum damnam, cum innocens sum ut nosti a crimine huius, ne derelinquas me. Scio quod nemo nisi tu & filius tuus & progenitus me liberare & nutrire potest. Erue me domina & virgo inclita Maria a feris crudelissimis. Statim audiuit vocem dulcissimam dicentem sibi; amica mea dulcissima te nunquam derelinquam. Postmodum non est audita vox illa, sed per dispositionem omnipotentis Deicerua veniens, & se ad pedes infantuli prostrauit. Mater ut vidit factum, statim mammas cerue infantulo apposuit & suxit puer. Mansit Palentinissa cum puerο in eodem loco annis sex & mensibus tribus. Ipsa vero enutriebatur herbis quæ inueniebantur in nemore: habitaculum eius erat strues lignorum extensem & circumligatio rubetarum quantum bona mater potuit. Euolutis vero sex annis & tribus mensibus predictus Palentinus omnes milites & fasculos suos conuocari iussit, volens facere coniuicium magnum die Epiphaniae Domini. Cumque aliqui ex eis quasi maior pars in vigilia vel circa aduenissent: Palatinus pro solatio aduenientem præcepit, ut omnes venatum cum eo non distulerint ire. Cumque venatores canes incitarent, subito cerua quæ puerum nutrierat, apparuit. Canes vero latrando venatoresque clamando prosequabantur, Palentinus cum suis prout poterant sequebantur. Golo vero perfidus miles dereliquit sonum canium, sequebatur tamen à longè. Cumque cerua euadere non posset, currit ad stratum ubi solebat alere puerum. Et dum veniebat ad locum, prosternebat se ad pedes infantuli, ut solebat. Canes latrando prosequabantur cupientes ceruam capere. Et dum vidit bona mater animal sibi celitus missum à canibus priuari, per baculum quem tenebat manu, quantum potuit, canes fugabat. Interim Palentinus cum suis veniebat, & cum vidit hoc miraculum dixit, fugate canes quod fecerunt, placuitque Palentino loqui cum ea, & non cognovit eam. Et ait, ēsne homo Christianus? & dixit mulier, Christiana sum, omni tegmine corporis nudata, ut ipse cernis, nam & corporis turpitudinem habeo in te etiam. Præbe mihi pallium quo circumdatu es, ut corporis turpitudinem valeam cooperire. At Palentinus, præstò sum. Cumque esset circumdata

cum data pallio, dixit Palentinus, O mulier non exhibuisti tibi cibum aut vestimentum? at illa, panem quidem non habeo, sed nutriebar herbis quae inueniebantur in hoc nemore; indumenta vero prænixa etiustate scissa sunt & consumpta. Indica obsecro quo anni sunt quod huc venisti? at illa sex annos & menses tres hic habitavi. Palentinus dixit, Cuius est filius ille? quæ respondit, meus est filius iste. Delectabatur vero multum in aspectu pueri, & dixit, Quis est pater pueri? at illa Deus hoc nouit. Palentinus dixit, quomodo hoc venuisti, & quomodo appellaris? edicto mihi, at illa, nomen meum Genofea est, statimque ut audiret nomen Genofea, cogitauit, an ipsa esset uxor sua. Et accedens unus Camerarius quondam Palatinus dixit: Per Deum mihi videtur, quod domina nostra longo tempore mortua, ista sit. nam & cicatricem in facie habuit. Videamus anne ipsa habeat? Intuentes omnes in eam, inuenierunt sicut Camerarius dixit. Ait quoque Palentinus, annulum subarrationis habuit, & accedentes duo milites ad perscrutandum inuenierunt annulum subarrationis, statimque amplexabatur eam Palentinus osculando. Tum ei dixit flendo, Vere tu uxor mea es; ad filium vero, Vere tu filius meus es. quid plura? bona mulier, qualiter sibi acciderit totum de verbo ad verbum coram omnibus qui aderant, enarravit. Fleuit quoque Palentinus cum omnibus suis. & cum omnes pra gaudio flerent, uenit & ipse per fidus miles: statimque omnes irruerunt in eum, volentes eum occidere. Dixit autem Palentinus, Tenete eum, donec coquitemus, quia pœna sit plectendus. & factum est. Post hac decrevit Palentinus recipi quatuor boves nondum ad aratum applicatos, & quilibet bouem ad quatuor partes corporis ligari, videlicet duos ad pedes, & duos ad manus, & eorum voluntati committere. Et cum sic alligati essent, quilibet cum parte sua recessit, & sic in quatuor partes corpus ipsius perfidi Goloni diuisum est. Post hac Palentinus voluit dilectissimam cum filio suo secum abducere. Ipsa quoque nante, dixit, Beata Maria virgo, me & filium meum custodiuit in hoc exilio, feris crudelissimis, & a feris puerum meum nutritum; non recedam nisi locus iste in eius honore sit dedicatus & consecratus. Statim Palentinus ambasiassum misit ad Hyldulfum episcopum Treuerensem pro consecratione illius loci. Et cum omnia narrata fuissent Sancto Hyldulpho archiepiscopo, gauisus est gaudio magno, & uenit in die Epiphania, consecrauit locum illum, in honore sancte & indubitate Trinitatis & beatæ Mariæ virginis. Post consecrationem loci adduxit Palentinus Palatinissam uxorem suam, cum filio suo. Grande quoque continuum fecit cum eis aduentementibus. Palatinissa vero rogabat dominum suum dicens: O domine rogo te ut ecclesiam in loco consecrato erigas, & redditibus bonis dotare uelis, quod Palentinus consensit. Palentinus itaque cuncta cibaria uxori sua Palatinissam & eius nature conuenientia procurare, ut comedederet, dispositus. Ipsa vero Palatinissa cibaria ferre non potuit, sed tamen herbis crudis, quibus consueta erat in sex annis & tribus mensibus vtebatur & colligi

colligifecit. Vixit quoque Palentinissa à die quo erat inuenta, videlicet à vigilia Epiphanie, usque ad IV. Non. April. qua die migravit ad dominum. Palentinus autem, ut promisit, capellam in eodem loco in honorem Mariae virginis erexit, & ibidem suam dilectam sepelire fecit magnis clamoribus fletibusque. Quam capellam S. Hyldulfus consecravit, & indulgentias videlicet quadraginta dierum eidem contulit. Ipsa die consecrationis duo miracula contigerunt, & etiam postea multa siebant, quae non sunt scripta in hoc libro. Affuerunt eodem tempore duo ibidem, videlicet unus cœcus, & alter mutus: cœcus lumen recepit, & mutus loquendam. Qui gratias Deo agentes virginique Marie, qui talia dignatis sunt facere miracula seu operari. Palentinus talia videns & audiens, ad Apostolicam destinavit sedem pro indulgentijs impetrando. Sanctissimus vero Papatunc temporis annum penitentiale omnibus in honore beatae Marie Virginis capellam etiam à Palentino visitantibus, omnibus festis beatae Marie Virginis, Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Epiphania, & Dedicacionis eiusdem, ac per Octauas corundem festorum misericordiam de iniunctis penitentijs relaxavit.

Idem de eadem, Sigfridus Palatinus fuit temporibus Hildolfi LIX. Ar-
chiepiscopi Treuirenensis, qui mortuus scribitur anno 12. CC. LIV. In eadem enim regione quodam facello D. Virginis dedicato scriptum inuenitur, illum Sigefridum nobilissimum Palatinum in Palatio Treuerensi arcem nupc dirutam, non procul ab oppido Meyer. & monasterio Lacensi, quam Hohen-Simeren appellant, inhabitasse, habuisseque in uxorem ducissam Brabantie, nomine Genofeuam; quam consilio & calennia cuiusdam equitis, cui nomen erat Golo, voluerit igni tradere. Eam cum puerulo ingentem filiam expositam, & post aliquot menses, sine omni humana ope, saluam & in columem repartam, & a Deo insignium innocentiam conseruatam, causam struendæ illi adi dedisse.

Omitto Iosephum Hebraeum ab Aegyptia Putifaris uxore apud maritum accusatum & in caueam compactum. Crispum ab nostro uerba sollicitatum, & ab Constantino patre mactatum. Idem docere fabulae prisorum in Hippolyto de Phædra. Sed nil opus fictis narrationibus, ubi suppetunt veræ,
& nimium quam multæ.



S. CONRADVS NANTOVINVS

SEV NANTVINVS, SEV NANTVVINVS

VVOLFRATSHVSIANVS.

C. CC. LXXXVI.
VII. Id. Aug.
Ex monumentis pa-
rochia VVolfratshu-
siana M. S. & libro
rituali.

Ament. l. 7. p. 718.



Ita S. Conradi Nantouini ex rituali parœciæ VVolfratshusianæ descripta est. VVolfratshusium quod Auentinus Veliphorathusium appellat, oppidum est, seu forum, in superiori Boica ad Loyfam seu Libusam amnem paulo supra quam mitetur Isaræ, plus minus

Viginti millia passuum ferè à prætorio Boiorum Monachio. Illic hodièque ædes est D. Laurentio & Conrado Nantuino sacra. Nantuinus seu Nantvvinus VVolfratshusium habitu cultique peregrini, religionis votique causa Romam petiturus, aut inde reuersus diuerterat: vnde, cuias, quis domo, quibuscne maioribus natus nihil est proditum. Peculiu[m] an ex paterna hæreditate vel stipe collectum non constat. Gantherus id locorum præses homo fædus & auarus oculos ad numos aduenæ adiecit, miserisque pædarestias crimen obiecit, perinde quasi puerum de stupro appellasset. Itaque tanquam lege ageret, contra leges hominem peregrinum, omni patrocinio caussæ destitutum, vincitum damnatumque ultimo suppicio afficit, viuimque ad modum S. Laurentij ferreæ crati injicit, torret, exurit. Innocentiam viri mox varia testata sunt prodigia, quibus Deus & famam Nantuini purgauit, & sanctitatis etiam opinionem conciliauit. Ita habent monumenta VVolfratshusiana, quæ fidei caussa ad verbum subiiciunt, notamque ad dam quæ numerum & nomen Principis falsum emendem.

Audiant legentes hanc chartam inspicientes.

Notandum quod anno domini millesimo ducentesimo octauo, temporibus domini Rudolfi Ducis Bavariae qui tum residentiam habuit corporalem in castro VVolfratshusen, venit quidam Romipeta nomine Nantuinus, homo fidelis corpore & animo, qui a quodam judice suo dicto Ganter fuerat tentus, & iudicio præsentatus & ab eodem contra iustitiam est condemnatus, & ob pecuniam secum inuentam in craticula positus est, in loco tamen nunc basilica à Christi fideli bus est adificata. Cuius dies anniversarius cunctis temporibus proxima dominica ante festum S. Laurentij martyris peragitur. Dicitur vero quod idem frater Nantuinus obiit per martyrium, & percepit vita eterna præmium in die beatæ Afræ quæ colitur septimo Idus Augusti.

Obserua

S. CONRADVS NANTOVINVS.



Auri sacra fames quid non mortalia cogit
Pectora? quod facamus non sitis audet opim?
Insidiis vita necit, querens per ignes
Argenti venas, obruit igne fidem.

SAEPIVS INSONTIS VIRTUS SINE TESTE LABORAT
Et scalus opprimitur posterioro prius.
Sed tandem pulsæ, lux emicat aurea nube,
Testig. testis adest, deficiente, Deus.

Obserua

602

OMNIA TIBI QUITA VERO L. 20

1000

Obserua lector, hoc, anno post Christū natum c. 10. cc. lxxxvi.
contigisse, non, vt legisti, c. 10. cc. viii. Dein ea tempestate c. 10. cc.
viii. nullum Boiorum principem Rudolphum fuisse appellatum.
Nam Ludouicūs Rudolphi pater c. 10. cc. xciv. extinctus est, quo
demum mortuo prouincia diuisa est inter Rudolphum & Ludoui-
cum postea Imperatorem. Nomen ergo Principis & numerus
corrigendus, si contendas anno c. 10. cc. viii. Nantouinum cre-
matum, nullus adhuc Rudolfus natus erat. Dissentit præterea A-
uentinus à chartis, quando ille ad palum ligatum & vstulatum scri-
bit: hæ, rogo iniectum & crati implexum, vel impositum: exu-
stum tamen ambo fatentur. Condita inde est ædicula martyri,
genus supplicij tabulæ piætæ supra altare collocatæ, quæ hodiéque
cernitur, expressum: cuius tabulæ alæ ostendunt, quæ paullò post
mortem infœcta sunt. Nam Gantherus præfectus dynastiæ VVol-
fratshusianæ, cum non diu post commissam innocentis cædem, il-
lacum famulitio negotiorum cauſa alio iturus eques transmitte-
ret, cinerésque illic dissipati cum ossium reliquijs jacerent, equus
occœcatus hæsit, restititque donec aduertens è comitatu seruus
tollit exuuias martyris & ossiculum oculo jumenti admouet, quod
illlico respexit. Lucem quoque vir & mulier cœci per vota ad san-
ctum missa receperunt. Sacra dein pignora S. Viri collecta, & in
vrnam composita, in facello eiusdem seruantur, marmore, quod
in scriptam Nantuini habet effigiem, & ad sinistrum altaris latus, v-
bianathemata votorum suspensa pendent, parieti insertum est, ibi-
que ad nostrum vscq; seculum, annum inquam c. 10. 15c. xxiv. du-
ravit. A Bonifacio Romani nominis octauo pont. max, anno duo-
decimo post necem Nantuini, cum passim vulgarentur miranda
martyris facta & miracula, tabulæ per Archiepiscopum Basilium
Hierosol. & alios Episcopos, quibus delictorum veniae precantibus
& virum sanctum venerantibus datae sunt, VVolfratshusium sunt
missæ, quæ diu, tanquam vnâ cum sacris reliquijs conditæ essent, la-
tuerunt. Anno demum c. 10. 15c. iv. impulsu nempe S. Nantu-
ini, quidā è S. Francisci familia & Monacensi contubernio VVol-
fratshusium ad cineralia à magistratu euocatus hasce è tenebris e-
rutas ad populum pro concione vulgauit, adeoque prope sepultam
Nantuini memoriam renouauit. Vnde mirus populi concur-
sus ad ipsius conditorum factus, mira quoque facta benefactaque
Nantuini erga cultores & voti reos ostensa, gazophylacium au-
ctum, templi cultus inde instauratus exultusque: facellum peran-
gustum in justum templum excreuit. Accepit ego ab ipso parœco
Gaspare

Auct. p. 380. 288.

Gaspare Cramero præsente multa eaque illustria S. Nantvini miracula diligenter prescripta, quæ post templi instaurationem sunt edita; sed quia id instituti mei non est, ut ea quæ post mortem omnina contigere exponam, qui vitas Sanctorum compono, illa omnia alteri singulari volumine memoranda committo, nisi cum ex occasione vel attingenda vel delibanda sunt. Tabulæ vero veniam datae haec sunt: *Uniuersis sanctæ matris Ecclesiae filijs, ad quos presentes literæ peruererint.* Nos Dei gratia Basilius Ierosolymitanus Archipiscopus, Volradus Brandenburgensis, Stephanus Opidensis, Fr. Romanus Crobenensis, Sabba Militensis, Adam Maturanensis, & Salernus Thelesinus Episcopi salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi à suis fidelibus dignæ ac laudabiliter, sicut uiter de abundantia pietatis, que merita supplicum excendens & vota, bene seruientibus, multò maiora tribuat quam valeant promereri. Desiderantes tamen Domino reddere populum acceptabilem fideles Christi ad complacendum & quasi quibusdam affectuis muneribus, indulgentiis videlicet & remissionibus inuitamus, ut exinde diuinæ gratie reddantur aptiores, Cupientes igitur ut Ecclesia S. Nantuini Friesingensis diœcesis congruis honoribus frequentetur, & à cunctis Christi fidelibus jugiter & ueneretur, Omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad ipsam ecclesiam in festis subscriptis videlicet in festo S. Nantuini, singulis diebus Dominicis, per octanas Nativitatis Domini Resurrectionis, Ascensionis, & Pentecostes, B. Laurentij Mart. S. Michaelis Archangeli, in festis omnium SS. Apostolorum, in die Innocentum, & B. Nicolai Omnia Sanctorum, B. Catharinae, S. Mariae Magdalene, ac in die dedicationis ipsius ecclesiae, causa deuotionis accesserint, aut qui ad fabricam, luminaria, ornamenta seu ad alia necessaria ipsius ecclesiae manus adiutrices porrexitn aut in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legauerint ecclesie prælibate. Nos de omnipotentis Lei misericordia & B.B. Apostolorum Petri & Pauli eius authoritate confessi, singuli sanguinis singulas dierum quadragenas de iunctis sibi penitentius, dummodo consensu diœcensi ad id accesserint, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium præsens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Romæ anno domini

CIO. CC. XCVII. pontificatus sanctissimi Papæ Bonifacij octauo, quinto.



PVER

PVER ANONYMVS AB IUDAIS CAESVS MONACHII.



Quid furis in nos traxit propago, nepotes?
Et mactas tenerum, gens scelerata, gregem?
Nullus in orbe locus vestro sine crimine restat,
Iam destrum, si fas, iret in astra nefas.

Quid puer aut infans in te commisit Apella?

In me, steue, virum, si vir es, arma rape.

Colchidas, ò cines, sacrasq; necate Megaras

Isacedum vincunt Thessala monstra scelus.

Dd

PVER

DE PATERO AS INDIVIDUALIS INFLUENCEO.

ILLUMINATI ET ALTIUS

LAEZ

D9

PVER AB IVDAEIS

CÆSVS MONACHII.

Nec viuere cum Christo, nec sine Christo potest impius Apella. Christianos artus esurit Iudæus. Christianum sanguinem sitit recutitus. *Omnis Germania lacera-* *CID. EC. LXXXV.*
Amma lib. 7.

Eccl. olim gemuit infantiam, in fontium scaturigines puteosque venena sparserunt, multosque mortales passim interemerunt. In sacrum Christi corpus sub velo hostiæ latens immanissime sauerunt, fornacibus torruerunt, mucronibus lancinarunt, pistillis contuderunt, donec multus è vulnera sanguis, tanquam è spectabili corpore promicaret. Usque adeo implacabilis execratæ gentis furor in Christum & Christi gregem nunquam expleri satiarique suppliciis potest. Dedere tamen pœnas intra paucos dies, & duodecim millia interfecti, cum ipsi non omne Christianorum delere nec quicquam conati essent. Annus à virginis partu quintus & octogesimus supra millefimum ducentesimum agebatur, cum in regia Boiorum Monachij, puer ad eoque infans ab nefaria lamia raptus ad dirissimos cruciatus & ultimum supplicium vilissimo ære Hebrais offerretur, qui audie velut molossi apertis rictibus, tanquam in prædam incumbunt, corpusculum pueri arripiunt, veste nudant, manus acutissimis stilis armant, oculos fodicant, venas icunt, adeoq; totum compungunt, ut unum in toto corpore vulnus, ipsumq; adeo corpus nil nisi vulnus esset, exilientem vndique sanguinem malluio excipiunt, cruentaque hostiæ parum feliciter litant. Iam impia Medea alterum infantem surripuerat, cum à parente pueri deprehensa vipera, ad tribunal trahitur, quætionibus subiicitur, veritas tormentis exprimitur, fatetur plagium, narrat expromtam in puerum, Hebraorum crudelitatem, corpusculi locum indiget, ipsa facinus morte luit. Populus Monacensis ubi innocentis ephebuli teneros artus adeo fœde lancinatos, fodicatos, cruentatique aspexit, primùm dolore & miseratione aduersus insontem ætatem affectus; mox in furorem actus, immanem & conceleratam gentem vndique ad cædem depositit, juxtaque sontes & innocentes ritu tempestatis & fulminis sternit, maciatque, nec magistratus auctoritate, nec Principis imperio vllatione cohiberi potest. Suas majorum omnis synagoga in suum se fornicem colligit, ut inde vim populi furentis


Dd 2

propulset,

propulset, sed nulla munimenta lapidum aut cellarum, impetum
sæuentis vulgi arcere poterat; picem, sulphurata, tædas, fomenta
aliaque ignium alimenta congerunt, faces subdunt, centumque &
octoginta viuos concremant. *Excessit medicina modum.* Sed fu-
sus innocentis pueri, velut Abelis, clamabat sanguis, vindictamque
ab impijs parricidis exigebat. Sub idem fere tempus, vt hoc per
occasione & similitudinem sceleris adjiciam, Pacheratij eadem
natio Iudeorum, adolescentē ad dirissimum supplicium surripuit,
subiectumque prælo non secus atque viam torculari torfis, presit,
que donec omnis ē corpore sanguis, per os, nares, aures, manus, pe-
des, quaque viā potuit, exprimeretur. VVernherus Christiano
puero nomen fuit, cuius patientiam multa prodigia & ostenta in-
secuta prodiderunt. Ita & Conradum puerum, vt est apud Sifri-
dum anno c. 15. ccc. 111. contrucidarunt in Thuringia: Ita Si-

*Pacheratij.
H. Stere anno 1228.
Sifridus 1287.
Vv. scilicet ad Rhenum
caesum Pacheratij se-
gunt.*

*Sursum.
monem Tridenti: ita sex alios Ratisponæ, tamquam
victimas mactarundte quibus alio loco; &
quis numerarit omnes?*



B. M. HEN.

B. M. HENRICVS II.

PONTIFEX REGINOBVRGENSIS.

Et generis claritas Henrici virtutem illustrauit, & vir-
tus generis claritatem, quæ multò augustior in illu-
stri stirpe, quam humili & obscura tribu appetet.
Nam si regredi paulum libet ad maiores Henricino-
strī, ad hodiernorum Boiarie Principū originēm
accedemus. Dynastæ quippe Rotenekij à Babone II. Abensper-
gensi, hic à Babone I. primus ab Schirensibus regulis hac serie def-
fendant. Babo I. Bertholdum habuit patrem dynastam Schiren-
sem, Bertholdus Arnulphum Arnulphi quem vulgo malum di-
cunt (jurēne an iniuria, non satis constat) filium, Conditorem Ca-
stri Schirensis, vnde Comites Schirenes nominis originēm traxe-
re, Arnulphus Luitboldi seu Leopoldi Austriæ siue Boiarie Ori-
entalis prætoris, reguli postea Boiorum F. Hic in regressu lubet con-
sistere, nam qui viterius ad alios Arnolphos & dein Bernardos & Pi-
pinos regrediuntur, auctori bus parum antiquis nituntur, quorum
sententiam neque refellere, neque laudare mens est. Babo i I. Abu-
sinorum seu Abenspergensium & Rotenekensium dynastarum
propagator, D. Kunegundis Augustæ præfectus palati, cuius multa
passim est mentio in ludis equestribus (quos populari lingua tor-
neamenta vocant) præsertim anno 13. cccc. xcvi. ad Brunonis
vicum celebratis. Hic primus ex Abusinis regulis anno 13. xxii.
vita cessit, cui ex Eberhardo Abusino F. nepos fuit patri cognomi-
nis Eberhardus præfectus Geisenfeldensis, cui Gebhardus succe-
dit, Gebhardo cognominis rursum primus Rotenekius, à quo ex-
titit Meinhardus, huic alter Meinhardus a quo (non ab Reinhardo
vt est apud Hundum, qui in stemmatum tamen volumine vere
Meinhardum appellat) noster tandem Henricus vltimus Rotene-
kensium familiæ primum nobili collegio Ratisponensium Cano-
nicorum adscriptus mox archidiaconi honore cultus, postremo
anno 13. cc. lxxvii. Rudolfo Austriœ Impetante supremam Re-
ginoburgi antistitis cathedralm concedit, quam annos vndeui-
ginti tanta cum laude, virtute & commendatione tenuit, vti præ-
ter Diuos, paucos aut nullos pates haberet. Primum enim cum
sedem suam pontificiam grauissimo ère scenoréque pressam offen-
disset, ædem summam ab incendio vastatam (nam xii. Cal. April.

Dd 3

anno

C 13. CC. XCVI.
VII. Cal. Sextil.
Hund. p. 72.
Avent. p. 724. 727.
Chron. Ratib. Ma. S.
p. 193.
Hund. I. Stemm. p. 6.

anno c. 10. cc. LXIII. vel ut alij tradunt, LXXII. de cælo tacta erat, & pyramis etiam templi flammis correpta, corruptaque, æra campana gemina igne soluta defluxerant) omne patrimonium suum cum castro Rotenekensti Ludouico Boiorum Principi addixit vendidique, indeque alieno ære existit, templum instaurauit, tintinabula D. Petro & collegis eius maiora initia restituit: tutelam quoque & tribunalia judiciorum Velden, Eberspeuntinum, Teispachense, Frantenhusianum, Ergoltspachense, Pilstinganum, Eßennpachense, Antinganum, Duclibus olim Boiaræ elocata, redemit, castra sua prouincia propè omnia muris & turribus firmavit, altiusque eduxit. Nec interim rem diuinam non in primis habuit. Rudem & sine arte cantum publicum ad leges & normam per viros eius disciplinæ gnaros, religiosos duos è cœnobio Fontis quem salutis appellant, reuocauit: rem, victum, & sportulam sui sacri Collegij auxit, certis anni temporibus vinum ex Italia propinavit, ut alacriores promtioresque ad rem diuinam ritè exequendam redderet. Remisit etiam ipsius deprecatu Albertus Austrius, qui post imperauit, vetigal & portorium, si quas ex ipsius prouincia vel amphoras & vini cados, vel pisces & eloçes vel frumentum & hordeum Ratisponam in suum vel summi collegij sui usum efferret. Aboleuit & improbam, sacrilegâmque consuetudinem, per quam siebat, uti praefecti & judices principum in patrimonia & bona hominum sacrorum, si qui decederent, inuolarent, & diriperent. Hoc ut fieret à Boiorum principibus cautionem impetravit, ut in diplomate legis quod apud Hundium extat. Nec tributa principes ab eiusdem pontificis ecclesiasticis viris eiusdem Henrici gratia execere, uti tabulæ superiori diplomati subiectæ docent, quas apud Hundium cognoscet. Contulit idem suo Canonicorum collegio ecclesiam Theodophorianam seu Dietfurtensem, Spaltanam permutouit. Pacem quoque ipse & Ludouicus Boiorum regulus velut sequestres & arbitri inter secundæ Boiaræ principes, Autrioscque & Boemiac regem pontificem Salisburgensem, Menardum Goriciæ dynastam Lincij feliciter composuit.

Sed quod subijcio memorabile est ad posteritatem. Totis quatuordecim annis priusquam vitam defungeretur, sibi ipsi tanquam jam defuncto, anniversarium excessus diem instituit, & solenni ceremonia, æris campani signis, luminibus, sacrum piacularum precibus peregit, ipséque præsens præceptis funebribus suis *Huiusmodi symbola futura mortis plures* interfuit, induulas etiam sepulchrales quibus sarcophagus tegi- stirique consuevit semper ad cubilis sui lectique latus manuisque & oculos

*Hailbrun.**Apud Hundium lito-*
*ratum.**Eteria L.*

oculos habuit, vti semper memor fati, curas præsentes fortunæ, mortis & æternitatis cogitatione temperaret. Proinde magnam virtutis, pietatis, religionis, sanctitatis laudem apud omnes colligit, dignus certè in quem pontifices omnes velut exemplum vitæ respiciant. Sed hoc de funebribus sibi ipsi viuo & superstitione institutis factum, & quod sibi ipse videnti viuentiq; parentarit Theologorum placitis parum respondet, qui mirandum sed non imitandum pronunciant exemplum, & abolendum sicubi, ut fertur, inuauit, quod contra Ecclesiæ mentem & mōrem fiat.

adhibuerunt, Ioannes Eleemon, Maximilianus primus Imperator, Maria Ferdinandi II. parens & alij.

Henricus cum cathedræ annos vnde viginti cum magna religione & fructu præsedisset v. Cal. Sextil. decessit. de quo multa Eberhardus apud Canisium. Ego extrema tantum appono: Septimo, inquit, Calendas Augusti Henricus Ratisponensis episcopus filius Comitis de Roteneck moritur. Postquam enim in die B. Iacobi Apostoli, quem specialiter consuevit venerari honore, cum multa deuotione missarum solennia personaliter celebrasset, & cum clero & populo se in mensa refecisset, hora vesperarum incepit subito viribus corporis destitui, & sic in die altera expiravit. Qui mira prouidentia & sagacitatis extitit, in tantum etiam, quod anniversarium suum vius & sanus plus quam ad xiv. annos ante mortem suam instituit, & eiusdem celebrationem cum candelarum accensione, & pulsatione, quæ consuevit fieri in funere Episcopi. vigilijs & missis annis singulis interfuit. Sepulchrum similiter sibi longe ante ad XII. annos fabricauit & prouidit juxta altare B. Virginis in maiori veteri tamen Ecclesia Ratisponæ. Trucham etiam in qua sepeliri debuit cum vestibus funeralibus ibidem impositis in memoriam continuam mortis suæ per eosdem annos habuit locatam à latere lecti sui. Item in spiritualibus mirabiliter prouidus extitit, non solum vetera statuta seruando, imo & multa noua salubriter condendo. Musicam primus in choro Ratisponæ cantari ordinauit, libros eiusdem artis secundum cantum & chori consuetudinem prouidendo; Ecclesiam Ratisponensem etiam multis preciosis decorauit ornamentis, crucibus, calicibus aureis & argenteis, gemmis preciosis, mitris, cappis, casulis, dalmaticis, vexillis, cortinis, libris, & alijs, quibus fuit ante sua tempora quodammodo omnimodis destituta. Item primus Vinum Latinum Canonicis ad præbendam quibusdam certis temporibus dari instituit: Præbendam etiam eorum in multis auxit: monasteria Monachorum & monialium sâpe cum multa prouidentia visitauit. Et inuenire non possum, quid ei in temporalibus & spiritualibus defuerit: qui tempore suo adeò discordantium factus est reconciliator, quod non solum Bavaria, in eo & vicinæ terræ per suam industriet & laborem pacis pulchritudine floruerunt. Rexit autem Ratisponensem Ecclesiam xix. annis.

De eodem Henrico ita sensit Hundius, Valde commendatur hic Episcopus, vt verus animarum pastor, nulli sacerdotum Dei pietate & sapientia

secundus; qui cum Ludouico Duce Bauariae, tanquam duo arbitri, Principes Bauariae, Austriae, regem Bohemiae, archiepiscopum Salisburgensem, & Bernardum Goriticam Comitem Linzij concordarunt, anno 1290. Avent. lib. 7. fol. 722. Sub hoc quoque episcopo Henrico cum inter ipsum & ciuitatibus Ratisponenses lita orta esset, super expensis in exterioribus manibus, urbis ac propugnaculis faciendis, quas propter communem patriam tuendam communes esse debere putabant ciues: clerici autem per legem Friderici II. insertam usibus feudorum, inter constitutiones Friderici &c se ab huiusmodi oneribus ac servitutibus immunem esse diceret, Adolphus rex secundum predictam legem pro clero judicavit in contentu ibidem habito, anno 1294. Avent. fol. 727. Cumque rex esset, quam optimè unde viginti annos 7. Cal. Augusti anno 1296. placide in domino obiit postridie S. Apostoli Iacobi, quo festo Missam veteri more celebraverat magna deuotione, juxta altare D. Virginis. Sepultus est in choro ecclesiae Ratisponensis post altare hoc disticho condecoratus:

Hanc cathedram rexū Henricus, quem petra texit,
De Rotenegg ortus, cali pateat sibi portus.

Anno Domini ccc. xcvi.

Sub hoc Henrico Virgines religiose S. Mariae Magdalene, qui erat patrimenti ordo & ideo dicebantur Büsserin, commutarunt statum, assumpta regula S. Clarae, persuadentibus eas Franciscanis anno 1286. Dominica
Inuocauit. Avent. fol. 725.



B. ADAL.

B. ADALBERTVS.



Impia damnatio cornens primordia vita

Numen Adalberti: specto quod, inquisit.

Sepius è medijs sunt lilia nata vegetis:

Sepius è spinis promicuere rosa.

Mandalis est testis, testisq; est Norica Martyr,

Et quæ Nilicas flotibus auxit aquas.

Promus indulget Numen: iuuentibus annis,

Aurea postremis quando coronis adest.

B. ADAL-

155

ONOMASTICUS BIBLICUS ET TESTAMENTI



B. VAGEL

B. ADALBERDVS

SEV ALBERTVS MONACHVS

ALTAHENSI.

Rnat nobilitas virtutem, sed multò magis virtus nobilitatem, quæ saepe obscuris etiam nominibus conciliauit splendorem; cùm interim haud pauci clarissimis orti maioribus, ipsi tamen in hominum obliuione delituere, quando nullis præclaris facinoribus originis suæ claritudinem reuocarunt. Adalbertus generoso & perantiquo sanguine Sueorum è militari familia dynastarum Hayerloana oriundus, desitam jam & ex hominum animis deletam gentis suæ memoriam sanctissimæ vitæ institutis refricuit reuocavitque. Primum ætatis florem parentes Musis consecrandum censuere, sed acerbæ literarum radices adolescentulo stomachum mouere, qui ferulas cùm paedagogorum, tum domesticorum exosus, lasciuæ se juuentuti miscuit, famamque non optimam ex factis pessimis collegit, vbi se principem alijs omnis licentia & leuitatis præbuit, vitamque & mores, vt ea fert ætas, cum sine custode vagatur, fœde inquinauit. Sed enim bona mens pereuntem jam adolescentem respexit, & in omne facinus ruentem exceptit, iniectaque salutari de futuræ vitæ statu, cogitatione, ab rerum præsentium cupidine ad meliora studia auertit. Nondum enim præclara animi indoles omnem virtutis scintillam extinxerat. Vigebat adhuc in illo assidue remordens animum fodicansque stimulus conscientiae, qui nullo loco quietum patiebatur consistere. Ergo Deum secutus appulit animum in alto fluctuantem, ad religiosę vitæ portum & professionem. Sed in patriæ vicinia, cum varias cœnobiorum fores frustra pulsasset, quod profligatae vitæ prioris ratio plerisque emendationis spem ademerat, profugus à patriis finibus ad Altachium superius delatus, patrum animos tentauit, & cùm ingenij excellentis indicia, & ad omnia facilis & prompti signa haud pauca proderet, facile præsidem expugnauit. Locus est infra Reginoburgum ad ripam Danubij secundæ Boicæ inter oppida Strubingam & Dekendorfum. Præerat id temporis Altachio Poppo religiosissimus antistes, postea inferiori præfectus, ad quem delatus Adalbertus inuenit, à quo salutis viam disceret, in familiam

S. Benc-

clo. CCC. XI.
VI. Cal. Decemb.
Petrus Dietinger
ex monument. cano-
by superioris Altache.
Prior Adalberto pro-
pè aequalis eg. Hart.
nuico Adalberti con-
seruatio moderatore.

S. Benedicti cooptatus anno receptæ salutis c 10. cc. Lxii. cum ipse alterum ageret & vigesimum: ubi statim generosè indolis specimen dedit. Est enim hoc excellentibus ingeniis inditum, ut in quamcunque se partem flexerint, nihil humile aut mediocre se-
tentur, nec in tertius aut secundis subsistant, sed ad primas omni-
mentis impetu ferantur. Itaq; Adalbertus simul atq; in vota reli-
gionis jurauit, sibi ipse legem dixit, ne à publica au^toramenti
sui lege desisceret: lapsiones quotidianas & minima errata, que
nemo ferè alius attenderet, vt si paullum frontem in risum resoluiss-
set, oculos in cautiū circumtulisset, vocem inconfideratiū misis-
set, occultis in conclavi mox pœnis expiabat, & in cœtu dein so-
dalium publicè cunctis obstupestentibus petita delictorum venia
accusabat damnabatque. Nechis satis factum Deo ratus, apud sa-
cerdotem animum per confessionem eodem s^epe die septies, aut
s^epius etiam lustrabat, vt ipse qui per annos illi viginti aures præ-
buerat Hartvicus, apud Petrum Dietingerum, qui hæc perlitas
memoriæ prodidit, sancte contestatus denarravit. Corpus assidu-
is vigilijs torquebat, composito, haud procul ab sacrarij aditu, te-
cto, vnde concubia nocte, sine strepitu & aliorum molestias eada-
ram precandi cau^sa conferret, bonamque quietis partem in votis
rerumque cælestium contemplatione poneret, haud ignarus hæc
potissima esse religiosi athletæ arma & aduersus Acherontis impe-
tus præsidia, præsertim si mensæ frugalitas, & qua se emaciabat, ac-
cederet inedia. Publicas in choro preces priuatim iterabat, adeò
gustabat odaria psalmorum, vtrilli melle dulciora viderentur. In-
terim nihil egisse se, nihil promouisse judicabat, nisi ad gloriam nu-
minis magis illustrandam vitam cum sanguine profunderet, cui rei
vt locum inueniret, non semel præsides suos adiit, precibusque fa-
tigauit, vt sibi barbaras & paganas gentes adeundi facerent potes-
statem, quibus Christianæ legis præcepta promulgaret, in eaque
professione mortem pro Christo oppeteret. Sed moderatores illi-
us, & commune Sodalium, au^ttores ei se futuros abeundi negau-
runt, quod neque à pontificib^s ad id muneric euocatus esset, nec
à quoquam unquam destinatus. Satis tormentorum habiturum
si cœptum religiosæ exercitationis stadium ad metam usque decur-
reret: viros religiosos assidue obedientiæ jugo pressos, diurnis ex-
cubijs, nocturnis vigiliis, abstinentia ciborum, continentiaque
exhaustos, non minus Martyres dici credique posse & debere, quām
qui iectu ferri momento temporis, laboribus vitæ breuissimum fi-
nem imponunt, cum religiosi ascetæ quotidiana & diurna mor-
tes sen-

tesensim oppressis sensibus conficiantur, Deoq; de longissimæ patientiæ & myrræ lacrymis adoleant. Ergo suorum consilio deterritus in æterna religionis statione peruigil durauit, & votum profacto Deo gratum fore arbitratus, quotidie salutari hostia Deo litauit, cælestibus epulis pastus & gaudiis sanctioribus delibutus. Hæc Adalberti virtus Popponem inuitauit, vt ei curam juuentutis & scholarum commendaret, parceciāmque committeret, & ad proximum demum ab se gradum Prioris eueheret, cum in omni officij munere ita se tractaret, vt nihil ab eo plus antistes desiderare posset. Inde magis in dies ac magis virtus Adalberti inclarescere, prodigiis manifestis in vulgus prodi, concursus ad illum veluti certum periclitantium asylum fieri, scelerum & flagitiorum sarcinis onerati ad pedes illius accidere, onera delictorum ponere, medicinam agris animis querere. Ille omnibus certatim succurrere, multisq; per poenitentiam coelum aperire. Erat inter ferè depositos & deploratos, certè peccandi consuetudine inueteratos muliercula, quæ corpus seu quæstus, seu voluptatis cauſsa inter procos vulgauerat, nec tamen eo progressa erat, vt spem salutis poneret. Morbo suo remedium quæsitura Adalbertum supplex conuenit, ignoscet impuræ, & veniam præteritis impertiretur, spondere se continentiam, morésque sanctiores. Accepit conditionem haud imperitus animorum medicus Adalbertus, curam ægræ conscientiæ admouet, & cæli spem facit, si de cætero vitam emendatiorem pollicetur. Nihil non promittunt ægri mortales, sed non perinde quod promiseré præstant; quod nemo satis suam ipse animi imbecillitatem exploratam habeat. Misnia, nam hoc cognomentum Mächsnerin. puellæ fuit) cum aliquandiu voluptatibus inconcessis temperasset, ætate, floréque corporis, & insidiis procantium, artibúsque hostis generis humani circumuenta signatam voto pudicitiam rufum violauit, vulnusque recrudescens apud Adalbertum acerbis lacrymis deplorauit. Qui cum illi consulto primùm numine, auctor esset, vt vietum labore quereret, lanam faceret, colum tractaret, otiumque vitiorum omnium perennem fontem studiosissimè declinaret, & sicubi venenum hausisset, statim per lacrymas & confessionem reijceret. Paruit monenti, & vsu studiisque virtutis eò peruenit, vt jam omnia corporis gaudia repudiaret castéque viueret. Tum Adalbertus vt securam salutis redderet, quæsiuit ex puerilla, quando judicii supremo pro delictis vitæ præteritæ yellet satisfacere, viuâne an mortua? hic cum illa velut olim Mauritius Imperator omnino præsentis vitæ cruciatus umbram ad futuros esse non ignoraret,

Ee

ignoraret,

ignoraret, hic, inquit, cum D. Augustino, mi pater, hic vre, hic se-
ca, & in æternum parce. Vide, inquit Adalbertus, ne te votihuius
olim poeniteat; & ingressus ædem sacram coepit numen supplex
venerari, rogaréque vti poenitentem hic mulierem expiaret, nec
poenas ab mortua seueriores exigeret. Exin altero mox die tantus
fœminam capitum dolor inuasit, vt manibus pedibüsque in globi
modum collectis, sursum deorsumque ritu pilæ volueretur, & in-
credibili celeritate (spectante illo ipso & miserante qui hæc literis
consignauit) raperetur. Atque inter hæc tormenta membrorum
& aurum, & linguae ferè vñu destituebatur, nisi quod subinde ma-
gnæ Dei matris & opitulatricis Virginis nomen ipsumque Adal-
bertum in clamaret. Sed erant morbo sua sepe interualla, vt respi-
rare misera nonnunquam posset. Quandocunque tamen vel A-
dalbertum respiciebat viuum, vel mortui postea tumulum conui-
sebat, identidem poena recurrebat, vti publicè constaret, cui tanti
cruciatus corporis in acceptis essent referendi, quos mulier pro cer-
to futurae gratia & pignore grato volentéque animo sustinebat. Sub-
ijcio alia. Adelhais Saxonæ, religiosa virgo, assiduis precandi vigi-
landique studiis, jejuniis etiam, adeò cerebrum læserat, vt proximè
ab furore & insania abesset. Foeda per diem, horrida per noctem
vigilanti dormientique monstra objectabantur, quibus ad necem
sibi consiscendam impellebatur, cum nunc fugam in auios saltus
meditaretur, nunc suspendium cogitaret, modo in eam decerne-
ret. Iamque truces oculorum obtutus & atrox vultus, jam mina-
cia verborum responsa, jam incessu habitusque totius corporis re-
uerentiam virginis posuerant, extráque verecundiam ferebantur,
proximumque miseræ exitium minabantur, cum deducta Adal-
berto sistitur. Nouerat eximiam huius innocentiam Adalbertus
eoque nomine in religiosam filiam cooptarat. Sed ratus hunc illi
morbum ab numine diuinitus immisum, olim in cælestè præmi-
um cessurum, hortabatur, vti magno animo crucem eam com-
pletebet, patienterque sustineret. Pater, inquit, ab nullo gene-
re mali abhorreo præter insaniam: hanc vnam jam imminentem
maximopere timeo, nec vlla ratione æquo animo ferre possum.
Hic vicem dolens Virginis, pater sublatis in cœlum oculis, tractisq;
ex imo pectore suspiris lacrimabundus pro ægræ salute numende-
precatus, plenus spei sacras manus capiti laborantis imposuit, bo-
numque animum habere. Deoque fidere jussam ab se dimisit, quæ
simul domum reuenit, illico sensit omne ab animo ægritudinem,
ab cor-

ab corpore morbum abstersum. Tantum est in sanctorum viro-
rum tutela præsidium.

Præsensit etiam Adalbertus imminens cœnobio suo pericu-
lum, quando in templo ante preces matutinas de nocte excubans
vidit Principes Apostolorum facris, adytisque excedere, olim tamen re-
uersuros, quod euentus postea utrumque, mortuo Adalberto &
Conrado præside verum docuit. nec, cum hæc Petrus annotaret,
ad pristinum statum redierat, quod auctor his verbis deplorat,
*Quod autem hæc sua verba vera fuerint, experti sumus plusquam sexaginta annis, & quotidianis tribulationibus experimur. Sed quia beatus confessor repa-
rationem aquæ sicut desolationem prædixit, rogandus est, ut sicut tribulationes, sic
etiam faciat nos consolationes experiri.*

Extinctos etiam quamuis absens sensit. Nunciata quippe
Vdalrici de sodalium Altahensium numero morte, haud, inquit, ne-
scio Vdalricum deceperisse, nam hic mecum hoc loco, vita defunctus fuit.

Singularis illi cura & studium erga elephantiacos erat, quos
frequenter diuinis adhortationibus, ad spem & animi æquitatem
erigebat, cælestiq; pabulo reficiebat. Erat fæmina fœda eius morbi
scabie infecta, quam ad percipiendam sacram Eucharistiam domo
conabantur afferre, quod vererentur ne vir sanctus vel abhorret
olentem casam, vel inficeretur ab olentiore, quæ decumbebat.
Quid, inquit, injussu meo molimini? finite me quotidie peccan-
tem illius ingredi domicilium, cuius corpus & animam non dedi-
gnatur intrare orbis Imperator CHRISTVS IESVS. Ergo ingressus
fæculentam domum, laborantemque simul agno cælesti & Dei
verbo refecit, populo diu pro forib; præstolante & sancti viri mo-
ram in tam infami loco admirante. Quod ego charitatis officium
etiam prodigiorū miraculis facile antepono, illud enim SANCTVM
facit, hæc ostendunt. Supremum quoque diem sibi proximum
alijs prædictis, cum nouem supra quadraginta annos in religiosis sta-
dij certamine summa animi constantia decertasset, ipsūmq; quin-
quagesimum veluti prisco ritu placabilem (excurrentibus aliquot
mensibus) attigisset. Anno quippe c. 10. ccc. xi. ex a. d. vi. Cal.
Decembr. Victor metam vitæ flexit & ad cælestem lauream capes-
sندam euolauit. Sublimem in cælum euntem per speciem flam-
mantis facis, è cœnobio Altahensi superiore, altum petentis spe-
ctauit Christina religiosa matrona, in contubernio Deo-dicatarum
Virginum ad montem S. Mariæ conclusa. Henricus cœnobij
præfectus vidit lucentem solis globum in solum templi descende-
re, quo loco post Adalberti corpus ipso monstrante est collocatum.

E e 2

Adiecit

Adiecit auctor vitæ multa miseria auxilia per Adalbertum præstata. aliorum æterno fluentes tabo pedes curatos, mutis vsum loquendi renouatum, firmatos ab eodem fœdis epilepsie casibus volutatos: alios è squalore carceris educatos, alios alijs malis & vitijs corporis liberatos. Singulare est de Bernardo Gundakero eiusdem cœnobij Altahensis consorte, qui superstite etiamnum Adalberto sœpius Dei & sui oblitus, ruptis obedientia repagulis, ex æde profugit, identidemque rebitans, ne ruisus in fugam ab infidiliatore præcipitaretur, domi robore est inclusus diuq; arctè retentus. Adalbertus fortè infelicis miseratus precibus sœpe præsulē expugnare ageret, nihil omnino profecit, quoad polliceretur se culpā præstaturi, si fugax Bernard. extra cœnobij septa vltimū dī clauderet. Suscepit hoc in se Adalbertus, & prædē se pro Bernardo fore pollicitus, interim ad cælū abiit. Bernardus multos post años durauit, quoad sacris initiatus veniā impetravit, alia atq; alia asceteria lustrandi hæsit in vno, & codices manu sua complures eleganti charactere ab se descriptos vendidit, æréq; comparato discessit, quo illū desideriū & mala mens trahebat. Comitē sibi è scholis adolescentē ascuerat, qui Bernardo tandem ex itinere fesso, & in umbram densi nemoris proiecto sopitique & relieto; cum ueste, libris, pecunia, totisque sarcinis protulit, iacentēmq; omni destitutum ope ad vltimas inopia angustias adduxit. Hic demum tanquam à veterno expergefactus (vñplerunq; genus humanū aduersæ res emendant, secundæ corruptunt) memor sui vadis Bernardus, dum secundū quietē Adalbertus ab se videbatur depositū exigere, facile cōiecit, vnde euasisset, quidq; fidei dator ab eo reuertetur, vnde pedē extulisset. Stitit ergo se post liminio, suo Bernardus Antistiti, defuncti q; beneficiari, tulit Adalberti. Sed post nō multos años iterū inconstantia vertigine tentatus à cœnobio, nō infcio præside abiit. Sed morbo diuinatus īmisco, sensit rursū reuocantē prædē, reualuitq; denuo reuersus. Ita cùm nullū vagādi fugitādiq; finē faceret, denuo morbo impliciū coēgit ad suā stationē exerrantem palantēmq; militē tedire. Et ne rursū abire vellet aut posset, non quidē illū in robur, aut custodiā dedit, sed perpetua in ualeitudine afflictum lecto affixit, ne fidē rufus falleret, & vadern in periculū falsæ sponsionis vocaret. Sensit ergo Bernardus huius beneficium, & gratus auctori in monasterio diem vltimum objit. Subiungit his scriptor vitæ alia compluria ex admirandis ad sepultos eius cimetes factis. Nos vitam in acta misimus, vtinam eandem in mores posteritatis mittere possemus.

Sed nos
Laudamus veteres & nostris vtimur annis.

S. HEN-

S. HAINRICVS ANACHORETA.



Solis ut extinguit nascentis sidera fulgor,
Et non accendit sidera, tecta aere,
Sic anachoreta, dum vita fama sepulta est,
Clarior a tumulo fama sepulta rexit.

Ignorans latuit quondam vetus vincula silue
Henricus flamam tardior urna dedit;
Ex qua lux nata est nullis moriturus Calcidis,
Sic orbì claros sera fauilla facit.

E e 5

S. HEN-

DE MEDICO STYLISATIVI

222

PHYSICVS ET BOTANISTVS


S. HENRICVS
BAVZANENSIS ANACHORETA

BAuzanum seu Bozenum, opidum est haud procul
Merania (inter Brixinam & Tridentum apud Teriolos) quod olim Boijs paruisse Diaconus testatur :
Vnde S. Henricus oriundus est, qui admodum adolescens exactus ab hæreticis (quos ego illa tempesta-
te adhuc quæro qui fuerint) Taruisium venit, ybi manu, labore, &
quotidiana opera sibi victum quæsiuit. Mirabantur Taruisiani
magnas in tenui homine virtutes, præsertim raram hodie in tole-
randis iniuriis patientiam, singularem modestiam & submissio-
nem, quem nemo meminit ullum iræ vel indignationis signum
vnquam prodidisse. Diebus negotiosis opere semper occupatus,
sacris, ad aras supplex votis Deum & superos sibi aliisque propitia-
bat, ecclesiasten attentissimus audiebat, & hortantem sequebatur.
Animum frequenter ab sordibus peccatorum lacrymis & confessio-
ne apud sacerdotem expiabat, ad agnum cælestem in sacro eu-
charistia epulo agnus ipse frequenter accumbebat. Si quid lucelli
ex mercede operæ superesset, in egentes, ipse non diues erogabat. Si
nil redundaret, ipse sibi subduxit, geniumque fraudabat, vt eset
quod misericordia impertiretur. Molesta è setis tunica corpus torque-
bat, catenis cingebat, funibus, ferro, catenatoque flagro in se ipse
fæuiebat, cultu, etiam à vulgari viliore vtebatur, saxo pectus ferie-
bat. Ita in multum usque senium profecit, donec incuruum & æ-
grum corpus scipione fulciret. Hoc habitu etiam corporis ta-
men ad omnes Diuorum aras assidue supplicabat. Fuit, cum in
media cum aliis via ad cippum sacrum precabundum subito tem-
pestatis procella cum ingenti imbre excussa oppimeret : sed alii ad
porticus & tecta refugientibus, ille senio tardus, ibi deprehensus
nulla tamen stilla pluviæ contactus, siccus & intactus in loco hæ-
sit, quasi religio fuisset cælestibus aquis hominem innocentem in-
jurijs cæli, cui ipsum cælum deberetur afficere. Accinuerunt et-
iam sponte eius sanctitati æra omnia, & turrium tintinabula nullis
funibus tracta aut agitata, cum sancta mens eius è corporis vincu-
lis expedita ad beatorum sedes & societatem proficiuceretur. Ad
exuicias corporis nihilominus in terris relietas interim elinguens fa-

ri, luminibus capti repente solem intueri, ægri è morbis respirare, & conualescere coeperunt. Studia vitæ morésque & virtutes in acta publica missa & in orbem euulgata sunt ante paucos annos. Corpus eius Veronæ anno Christi 110, CCC. yII, in S. Felicis monte cum catenis & terrea scutica repertum testatur Philippus

Ferrari. p. 400.

Ferrarius. Fasti Veronenses illius memoriam custodiunt & festam habent.



B. HEN.

B. HENRICVS
PVER AB IVDÆIS TRVCIDATVS
MONACHIL

HENRICVS infans ab immanissimis ex Hebræa stirpe latronibus atrociter excarnificatus est Monachij: venas puero tanquam hirudines, imò dracones ferro incisæ exhauserunt, & corpusculum sexaginta vulneribus confossum in suburbanum agrum abiecerunt, vbi repertum summâque cum veneratione cultu & honore relatum cultumque est. Plura de hoc non cognoui, demiratus quod perditissima secta prioris periculo pueri defuncta admonitâque, cum centum octoginta, flammis simul excrematis sunt, ad nō-

uum hoc parricidium progre-
ausa sit.

c. 15. ccc. xii.
Avent. l. 7. p. 784.
Pl. Cal. July post Af-
censum Christi in ce-
lum die Sabbathi.



B. AGNES

B. AGNES

REGIA VIRGVNCVLA, LUDOVICI IMP.

BAVARI F. APVD S. IACOBVM

MONACHII RELIGIOSA.

CIO. CCC. LII.
XI. Nouembr.
Ex monasterio par-
thenonis S. Iacobi ad S.
Claram Monachij.
Arenbek
Eiusd. de monast. in
Anger.



Gnes Ludouico IV. Imperatore Boio & Margaretha augusta nata, post Christum CIO. CCC. XLV. biennio ante mortem patris, alteroque post mortem eiusdem anno quadrimula in sinum Christi delata est apud religiosas Virgines D. Claræ Monachij initiatas, ipso natali B. V. vt in sacrario innocentiae inter sacras Virgines adolesceret. Aegrè hoc habuit prouinciae proceres, cupiebantque etiam abnente principe regiam virginem ad disciplinam politicam efformare, qui mos est hodiéque non paucorum, cum cernunt eos quos fortuna vel claris naturæ ornamenti coluit, vel forma rara donauit, opibusque magnis auxit, vel maiorum imaginibus illustrauit, vel ingeniosis felicioribus nobilitauit, ad religionis portum ex huius pelagi tempestatibus appellere, eos ut omni ope & opera præpediant: lippos, claudos, surdos, bardos, aliisque monstra hominum, claustris monachorum includenda; quod excellit, reipublicæ (hoc nomen improbae menti suæ prætexunt) reseruandum. Virgo cum aliis nouem, coenobium ingressa, cum id agi videret, vt per vim ab sacrario abstraheretur, aris se admoueri jussit, vbi complexa vitroque brachio sacram Christi tabernaculum, in quo sanctissimum ipsius in eucharistia corpus custodiebatur, Christe sancte, inquit, noli permittere ut vñquam abs te auellar. Audiuit piam supplicantis vocem Deus, & ne sibi eripi posset, illam è vita mortalie ripuit, cum repente pestilentiae signa quinque in virginis corporculo apparuerunt, quæ eandem intra paucos dies extinxerunt, vt in omnem æternitatem apud sponsum in cælesti thalamo velut accensum inter astra fidus reluceret. Ciues non ante fidem rei adiunxerunt, quam mortua renunciaretur. Decessit ipsis Martinibus, post Virginis partum CIO. CCC. LII. lillum è spinis intactum Christo oblatum. Arenbekius anno CIO. CCC. XXXIX. consecratam narrat, alteroque & quinquagesimo defunctam, quatuorde-

cim annis

B. HAGNE LVDOVICI IV. IMPERATORIS B.F.



R. S. Turner f.

O quam te memorē Virgo? noua gom̄mula cœli,
Nobilissim⁹ inter sidera sidus Haue.
Incita progenies et cesari⁹ alma propago,
O quanto est melior sons tua sorte patris!

Immatura quidem tenorisq; es rapt⁹ sub annis,
Carpta velut scruo mollis ab ingue rosa.
Sed rapienda Deo, coloni⁹ stirps negia fato,
A monstros⁹ orci ne raperetur, erat.

cim an-

cim annos egisse inter Virgines. Idem Hundius ex Arenbekio; sed quod monstri instar est, mortuam ait. c. 10. CCC. XCII. cum non if-
set negatum, quadrimam cœnobium ingressam, xiv. annos eam
cum virginibus vixisse. Sed quo nihil frequentius, error in nu-
meros, opinor, irrepit. Ego ex tabulis M. SS. ipsius cœnobij au-
tographis scripsi septennem deceisse anno c. 10. CCC. LIII.
tres annos in cœnobia posuisse, quadrimam
Deo dedicatam.



Fili de scripturis
B. M. BAR.

B^r. M^r. BARBARA
 ALBERTI PII BOIORVM PRINCIPIS FILIA RE
 LIGIOSISSIMA AD S. IACOBI MO
 NAGHI VIRGO.

CIO. CCC. LXXII.
 Extabul M. SS. eto.
 noby S. Clara ad D.
 Iacobum Monachij.



BARBARA Albertum cognomento Piium Boiorum Principem habuit patrem; matrem Annam Erico regulo Brunsvicensi natam, germanos fratres Albertum II. dictum IV. cui sapientia cognomen fecit, quique patri vitâ functo in principatu succedit Ioannem Ernestum, Sigismundum, alterum Albertum, Christophorum, VVolfgangum: sorores Elisabetham Ernesto Saxonis septemuiro imperij nuptam, Margaretham Friderico dynasta Mantuano sponsam. Albertus pater regnum Bohemiae sibi oblatum cum ingenti modestiæ laude repudiauit, ausus contemnere quod alij per ignes & ferrum petunt, ut qui probè intelligebat quanto maius sit regnum fastidire, quam accipere. Patris exemplum secuta filia, cùm animum ad cælestem in terris vitam in S. Claræ contubernio agendam appulisset & quinquennis septa clustri ingressa esset, post paucos annos, vbi primam matura viro vide ripotuit, priusquam in verba antistitiae juraret, ad societatem regni Galliæ per connubium ab legatis regis ambitiosissimè inuitatur. Albertus Boiorum princeps, defuncto dudum patre, sorori quid Francus petitum venerit, exponit, ipsiusque voluntatem explorat, Barbara petito ad deliberandum triduo, in odeo templi ad principis aræ gradus in faciem abiecta, Deum sola identidem supplex consulit, quid sibi auctor esset, regisne Christianissimi & potentissimi postulatis annueret, an in coepio religiosæ disciplinæ instituto perseveraret. Sentit mox supremi numinis diuinos nutus, inteligitque sibi nunquam ab illibato regis regum thalamo diuertendum, qui immortalia pro mortalibus regna donare consuevit. Nec diutius illa morata, omnem præsentis felicitatis umbram, æternæ beatitatis gloriæ posthabendam sibi putauit. Fratri respondet, se genus illud vitæ persecutaram, ad quod à parentibus esset destinata. Deo se nuncupatam, à Deo nunquam recessutam. Albertus vbi constantem sororis animum cognouit laudata virtute eius, veritus ne clam

B. M. BARBARA ALBERTI PII BOIOR. PRINCIPIS F.



R. S. Iunior f.

Barbara Botugenim sanguis. Duci's inclita proles,
Vn pro cunctis quam placuisse iuuat.
Altior humano fastidis omnia fato,
Et pede cuncta, tuo sub pedo nata, promis.

Aurca diligenti contemniis munera celte,
Quo cupere tuos, regia Virgo, toros.
Barbara digna Deo; nam cui mortalia sordet
Inter mortales non habet illa locum.

Ff 2

ne clam

三〇九

三

